 cum tuo exercitusque tui praesidio nudatam Italiam
 viderint, ultro ipsi novum exercitum in Italiam aut
 13 ex Africa miserint, aut Magonem, quem a Baliaribus
 classe transmissa iam praeter oram Ligurum Al-
 pinorum vectari constat, Hannibali se coniungere
 14 iusserint? Nempe in eodem terrore erimus in quo
 nuper fuimus, cum Hasdrubal in Italiam transcendit,
 quem tu, qui non solum Carthaginem sed omnem
 Africam exercitu tuo es clausurus, e manibus tuis in
 15 Italiam emisisti. Victum a te dices; eo quidem minus

¹ potentis (or -es) *P(1)N Aldus, Eds.*: -tissimos *A'JK Froben 2, Conway.*

² se *P(1)N*: sese *A'N'JK Aldus, Froben.*

³ iam *A'N'JK Aldus, Froben*: om. *P(1)N.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

vellem—et id tua, non rei publicae solum causa—
iter datum victo in Italiam esse. Patere nos omnia
quae prospera tibi ac populi Romani imperio evenere
tuo consilio adsignare, adversa casibus incertis belli
16 et fortunae delegare: ¹ quo melior fortiorque es, eo
magis talem praesidem sibi patria ² atque universa
Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare,
ubi Hannibal sit, ibi caput atque arcem huius belli esse,
quippe qui prae te feras eam tibi causam traiciendi in
17 Africam ³ esse ut Hannibalem eo trahas. Sive hic
igitur ⁴ sive illic, cum Hannibale est tibi futura res.

“ Utrum tandem ergo firmior eris in Africa solus
an hic tuo conlegaeque tui ⁵ exercitu coniuncto?
Ne Claudius quidem et Livius consules tam recenti
exemplo quantum id intersit documento sunt?
18 Quid? Hannibalem utrum tandem extremus an-
gulus agri Bruttii, frustra iam diu poscentem ab domo
auxilia, an propinqua Carthago et tota socia Africa
19 potentiores armis virisque faciet? Quod istud con-
siliū est, ibi malle decernere ubi tuae dimidio
minores copiae sint, hostium multo maiores, quam
ubi duobus exercitibus adversus unum tot proeliis et
tam diuturna ac gravi militia fessum pugnandum sit?
20 Quam compar consiliū tuum parentis tui consilio
sit reputa. Ille consul profectus in Hispaniam, ut

¹ delegare *Gronovius, Eds.* (cf. XXI. xlvi. 10): legare *P(1)N Aldus, Froben*: relegare *SpA^sJK Conway*.

² patria, after this *A^sN^sJK Conway* have tua.

³ traiciendi in Africam *A^sN^sJK Aldus, Froben, Eds.*: om. *P(1)N, one line.*

⁴ hic igitur *P¹D Eds.*: igitur *P(3)*: igitur hic *C¹?M⁸ANJK Luchs, Conway*.

you will say; all the more do I regret—and this for B.C. 205
 your own sake, not merely for that of the state—
 that a passage into Italy was allowed to the de-
 feated. Permit us to attribute to your strategy all
 that resulted favourably for you and the empire of
 the Roman people, to ascribe the unfavourable to the
 uncertainties of war and to fortune. The better and
 braver man you are the more do your native city and
 all Italy keep their hold upon so capable a defender.
 You are unable even yourself to conceal the fact that
 where Hannibal is, there is the centre and stronghold
 of this war, since you declare that your reason for
 crossing over to Africa is in order to draw Hannibal
 thither. Therefore, be it here, be it there, you will
 have Hannibal to deal with.

“ Will you, therefore, be stronger, pray, in Africa
 when alone, or here, uniting your army with that of
 your colleague? Do not Claudius also and Livius,
 the consuls, by a very recent instance prove how great
 a difference that makes? And tell me, pray, will the
 remote and secluded Bruttian territory make Han-
 nibal stronger in arms and men, when he has long
 been begging in vain for auxiliaries from home, or
 rather Carthage near at hand and all Africa her ally?
 What is that plan of yours, to prefer to decide the
 issue just where your forces are reduced by one-half,
 the forces of the enemy greatly increased, rather than
 where two armies have to fight against one exhausted
 by so many battles and a service so long and so hard?
 Reflect how different is your plan from that of your
 father. He as consul had set out for Spain, but he

⁵ tui *CM⁴DA^uN⁶ Aldus, Eds. : tut P (with obscure cor-
 rection) and R : tute MBAN : om. Sp²N³JK Froben 2,
 Conway.*

Hannibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex provincia rediit: tu, cum Hannibal in Italia sit, relinquere Italiam paras, non quia rei publicae id ¹ utile, sed quia tibi ² amplum et gloriosum
 21 censes esse, sicut cum provincia et exercitu relicto sine lege, sine senatus consulto duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam et maiestatem imperii, quae tum in tuo capite periclitabantur,
 22 commisisti. Ego ³ P. Cornelium rei publicae nobisque, non sibi ipsi privatim creatum consulem existimo, exercitusque ad custodiam urbis atque Italiae scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules quo terrarum velint traiciant.”

XLIII. Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate et inveterata ⁴ prudentiae fama magnam partem senatus et seniores maxime cum ⁵ movisset, pluresque consilium senis quam animum adolescentis ⁶
 2 ferocem laudarent, Scipio ita locutus fertur: “ Et ipse Q. Fabius principio orationis, patres conscripti, commemoravit in sententia sua posse obtrectationem
 3 suspectam esse; cuius ego rei non tam ipse ausim tantum virum insimulare quam ea suspicio, vitio orationis an rei, haud sane purgata est. Sic enim honores suos et famam rerum gestarum extulit verbis

¹ id P(1)NJK Eds.: om. Conway.

² tibi P(1)N Aldus, Eds.: tibi id A⁵N⁵JK Conway.

³ Ego, after this A⁵JK have p.c. or patres conscripti (retained by Alschefski, Conway); and so after P. Cornelium Aldus.

⁴ inveterata JK Aldus, Froben, most Eds.: -tae (or -te) P(1)N.

⁵ cum om. P(1)NJK: supplied here by Weissenborn, after fama by Madvig, after magnam by Riemann.

⁶ adolescentis A⁶ Eds.: -tia M¹(altern.)N⁵JK Aldus, Froben, Conway: -tiae P(1)N.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ad exstinguendum invidiae crimen tamquam mihi ab infimo quoque periculum sit ne mecum aemuletur, et non ab eo qui, quia super ceteros excellat, quo me¹ quoque niti non dissimulo, me sibi aequari nolit.

5 Sic senem se perfunctumque et me infra aetatem filii etiam sui posuit tamquam non longius quam quantum vitae humanae spatium est cupiditas gloriae extendatur maximaque pars eius in memoriam ac

6 posteritatem promineat. Maximo cuique id accidere animo certum habeo ut se non cum praesentibus modo, sed cum omnis aevi claris viris comparent.²

7 Equidem haud dissimulo me tuas, Q. Fabi, laudes non adsequi solum velle, sed—bona venia tua dixerim—si

8 possim, etiam exsuperare. Illud nec tibi in me nec mihi in minoribus natu animi sit ut nolimus quemquam nostri similem evadere civem; id enim non eorum modo quibus inviderimus, sed rei publicae et paene omnis generis humani detrimentum sit.³

9 “ Commemoravit quantum essem periculi aditurus, si in Africam traicerem, ut meam quoque, non solum rei publicae et exercitus vicem videretur

10 sollicitus. Unde haec repente cura de me⁴ exorta? Cum pater patruusque meus interfecti, cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, cum amissae Hispaniae, cum quattuor exercitus Poenorum quattuorque duces omnia metu armisque

11 tenerent, cum quaesitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet praeter me, nemo profiteri nomen

¹ quo me *A^sN^sJK Eds.*: om. *P(1)N Alschefski, M. Müller.*

² comparent *P Eds.*: -aret *P² or P¹(3)NJK Aldus, Froben.*

³ sit *P² or P¹(1) Aldus, Froben, Eds.*; st *P*: est *SpJK Conway.*

⁴ cura de me *P(1)N*: de me cura *JK.*

in order to refute the charge of envy, just as if it were B.C. 205
 from men of the lowest rank that there is danger of rivalry for me, and not rather from one who because he rises above all others—a distinction towards which I do not deny that I also am striving—is unwilling to have me compared with himself. He has represented himself as an old man and one who has played his part, and me as younger even than his son, just as if the desire for glory did not reach farther than the span of human life and project in fullest measure into the memory of posterity. Of the greatest minds it is true, I am sure, that they compare themselves not only with the living but with eminent men in every age. For my part I do not deny, Quintus Fabius, that I wish not only to attain to your fame but also—by your good leave—if possible to surpass it. Let us not have such a spirit—you towards me, I towards younger men—that we should be unwilling to have any fellow-citizen come to be like us. For that would be a loss affecting, not only those whom we have envied, but the state also and almost the entire human race.

“ He called to mind how great a danger I should encounter if I were to cross over to Africa, so that he seemed concerned for me also, not merely for the state and the army. Whence has come this sudden solicitude about me? When my father and uncle had been slain, when their two armies had been all but annihilated, when the Spanish provinces had been lost, when four armies of Carthaginians and four generals held the whole country in the grip of fear and arms, when, though sought for, no commanding general presented himself for that war except myself, no one had dared to put forward his name, when the

ausus esset, cum mihi quattuor et viginti annos nato
 12 detulisset imperium populus Romanus, quid ita tum
 nemo aetatem meam, vim hostium, difficultatem belli,
 patris patruisque recentem cladem commemorabat?
 Utrum maior aliqua nunc in Africa calamitas accepta
 13 est quam tunc in Hispania erat? An maiores nunc
 sunt exercitus in Africa et duces plures melioresque
 quam tunc in Hispania fuerunt? An aetas mea tunc
 14 maturior bello gerendo fuit quam nunc est? An cum
 Carthaginiensi hoste in Hispania quam in Africa
 bellum geri aptius est? Facile est post fusos
 fugatosque quattuor exercitus Punicos, post tot urbes
 15 vi captas aut metu subactas in dicionem, post
 perdomita omnia usque ad Oceanum, tot regulos, tot
 saevas gentes, post receptam totam Hispaniam ita
 ut vestigium belli nullum reliquum sit, elevare meas
 16 res gestas, tam hercule quam, si victor ex Africa
 redierim, ea ipsa elevare quae nunc retinendi mei
 causa, ut terribilia eadem videantur, verbis
 extolluntur.

17 “Negat aditum esse in Africam, negat ullos
 patere portus. M. Atilium captum in Africa com-
 memorat, tamquam M. Atilius primo accessu ad
 Africam offenderit, neque recordatur illi ipsi tam
 infelici imperatori patuisse tamen portus Africae, et
 res egregie ¹ primo anno gessisse ² et, quantum ad
 Carthaginienses duces adtinet, invictum ad ultimum
 18 permansisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris.
 Si hoc bello, non priore, si nuper et non annis ante

¹ egregie (or -iae) *PJK*: -ias *P*²(3) *Aldus*: gestas ab eo egregias *AN* (om. gessisse).

² gessisse *P*(3)*A*¹*N*¹*JK* *Aldus*: om. *AN* *Gronovius*.

¹ The implied exception was the Spartan (mercenary) general presently to be mentioned.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

quadraginta ista¹ clades accepta foret, qui ego
minus in Africam Regulo capto quam Scipionibus
19 occisis in Hispaniam traicerem? Nec felicius Xan-
thippum Lacedaemonium Carthagini quam me patriae
mcae sinerem natum esse, cresceretque mihi ex eo
ipso fiducia quod possit² in hominis unius virtute
20 tantum momenti esse. At etiam Athenienses
audiendi sunt, temere in Siciliam omisso domi bello
21 transgressi. Cur ergo, quoniam Graecas fabulas
enarrare vacat, non Agathoclem potius Syracusanum
regem, cum diu Sicilia Punico bello ureretur, trans-
gressum in hanc candem Africam avertisse eo bellum
unde venerat refers?

XLIV. "Sed quid ultro metum inferre hosti et ab
se remoto periculo alium in discrimen adducere quale
sit, veteribus externisque exemplis admonere opus
est? Maius praesentiusve ullum exemplum esse quam
2 Hannibal potest?³ Multum interest alienos populari
fines an tuos uri et excindi videas; plus animi est
3 inferenti periculum quam propulsanti. Ad hoc maior
ignotarum rerum est terror; bona malaque hostium
4 ex propinquo ingressus fines aspicias. Non speraverat
Hannibal fore ut tot in Italia populi⁴ ad se deficerent,

¹ ista *P(1)NJK Eds., Johnson*: ista ita *N^sx Conway*.

² possit *P(1)N Aldus, Froben, most Eds.*: posset *JK Madvig, Luchs, Riemann*.

³ Maius . . . potest *A^sN^sJK Weissenborn, Luchs*: om. *P(1)N Madvig*.

⁴ populi *Sp[?]A^sN^sJK Eds. (after deficerent Riemann)*: om. *P(1)N*.

¹ An error for fifty years. In XXIX. xxviii. 5 Livy has *prope quinquaginta* for the actual fifty-two.

forty years ago,¹ why after Regulus' capture should I B.C. 205 hesitate to cross over to Africa any more than to Spain after the Scipios had fallen? I should not admit that the Spartan Xanthippus'² birth had been more fortunate for Carthage than mine for my native city; and my confidence would be increased by the mere possibility of such weight in the ability of a single man. But we must hear likewise of the Athenians, how neglecting a war at home they crossed rashly to Sicily. Why then, since you have time to tell Greek tales, do you not prefer to relate how Agathocles,³ King of Syracuse, after Sicily had long been ablaze with a Punic war, crossed over into this same Africa and diverted the war to the country from which it had come?

XLIV. "But what is the need of calling to mind by old and foreign examples what it means to make fear an offensive weapon against the enemy, and removing danger from yourself to bring another into peril? Can there be any greater and more effective example than Hannibal? A great difference it makes whether you are seeing the land of others ravaged or your own being burned over and devastated. More spirit has an aggressor than a defender. Besides there is greater dread of things unknown; on entering the territory of the enemy you have a near view of their advantages and disadvantages. Hannibal had not hoped that so many states in Italy would come over to his side as did so after the

² Cf. Polybius I. xxxii. ff., xxxvi; *Periocha* 18; Diodorus Sic. XXIII. 14 f.

³ For the career of this tyrant of Syracuse (died 289 B.C.) and his wars with the Carthaginians both in Sicily and Africa v. Diodorus Sic. XX. 3-18 *et passim*; Justin XXII f.

quot defecerunt¹ post Cannensem cladem: quanto minus quicquam in Africa Carthaginiensibus firmum aut stabile sit,² infidis sociis, gravibus ac superbis dominis! Ad hoc nos, etiam deserti ab sociis, viribus nostris, milite Romano stetimus; Carthaginiensi nihil civilis roboris est, mercede paratos milites habent, Afros Numidasque, levissima fidei mutandae ingenia. Hic modo nihil morae sit, una et traiecisse me audietis et ardere bello Africam et molientem hinc Hannibalem³ et obsideri Carthaginem. Laetiores et frequentiores ex Africa expectate nuntios quam ex Hispania accipiebatis. Has mihi spes subicit fortuna populi Romani, di foederis ab hoste violati testes, Syphax et Masinissa reges, quorum ego fidei ita innitar ut bene tutus a perfidia sim.

8 “ Multa quae nunc ex intervallo non apparent bellum aperiet. Id⁴ est viri et ducis, non deesse fortunae praebenti se et oblata casu flectere ad consilium. Habebo, Q. Fabi, parem quem das Hannibalem; sed illum ego potius traham quam ille me retineat. In sua terra cogam pugnare eum, et Carthago potius praemium victoriae erit quam semiruta Bruttiorum castella. Ne quid interim, dum traicio, dum expono exercitum in Africa, dum castra ad Carthaginem promoveo, res publica hic detrimenti capiat, quod tu, Q. Fabi, cum victor tota

¹ quot defecerunt *K Aldus, Eds.*: defecerunt *Sp?A?J Froben 2, Conway* (after deficerent with a colon). Most MSS. have the verb but once, e.g. -ficerent *P(3)M²N*, for which -fecerunt *P¹ or P²(-fic-)R²MB*.

² sit *P(1)NJ(altern.) Aldus, Eds.*: est *JK Froben 2, Conway*.

³ et molientem hinc Hannibalem *P(1)NJK Aldus*: doubted by *Luchs 1889* and bracketed by *M. Müller*; variously altered; defended by *Johnson, Conway*.

⁴ Id *P(1)N*: et id *A?N?JK Aldus, Froben*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



- A.U.C.
549
- 11 volitaret Italia Hannibal, potuisti praestare, hoc vide
ne contumeliosum sit concusso iam et paene fracto
Hannibale negare posse P. Licinium consulem, virum
fortissimum, praestare, qui, ne a sacris absit pontifex
12 non venit.¹ Si hercules nihilo maturius hoc quo ego
censeo modo perficeretur bellum, tamen ad dignita-
tem populi Romani famamque apud reges gen-
tesque externas pertinebat, non ad defendendam
modo Italiam, sed ad inferenda etiam Africae arma
13 videri nobis animum esse, nec hoc credi volgarique,
quod Hannibal ausus sit neminem ducem Romanum
audere, et priore Punico bello tum, cum de Sicilia
certaretur, totiens Africam ab² nostris exerciti-
busque³ et classibus oppugnatam, nunc, cum de
14 Italia certetur, Africam pacatam esse. Requiescat
aliquando vexata tam diu Italia; uratur evasteturque
15 in vicem Africa. Castra Romana potius Carthagini
portis immineant quam nos iterum vallum hostium ex
moenibus nostris videamus. Africa sit reliqui belli
sedes; illuc terror fugaque, populatio agrorum,
defectio sociorum, ceterae belli clades, quae in nos
per quattuordecim annos ingruerunt, vertantur.
16 Quae ad rem publicam pertinent et bellum quod
instat et provincias de quibus agitur dixisse satis est;
17 illa longa oratio nec ad vos pertinens sit, si, quemad-
modum Q. Fabius meas res gestas in Hispania ele-

¹ venit *P(1)NJK Aldus*; veniat *Sp? Froben 2*.

² ab *P(3)*: a *AN Aldus*: om. *Sp?JK Froben 2*.

³ -que om. *Sp?ANJK Aldus, Froben*.

Hannibal flitted about. Would it not be insulting, B.C. 205 with Hannibal now shaken and almost broken, to claim that Publius Licinius, the consul—a very brave man who took no part in the allotment of so distant a province, solely that as pontifex maximus he might not be absent from religious ceremonies—cannot do the same? If in truth the war were not completed any more promptly by the method which I propose, it would nevertheless conduce to the dignity of the Roman people and its reputation among kings and foreign nations to let it be seen that we have the spirit not only to defend Italy but also to invade Africa. Likewise not to have it believed and published abroad that what Hannibal has dared no Roman general dares, and that in the former Punic war, at a time when the stake was Sicily, Africa was attacked so many times by our armies and fleets, but that now, when Italy is the stake, Africa is at peace. Let Italy, so long harried, at length have rest; let Africa in turn be burned over and laid waste. Let Roman camps threaten the gates of Carthage; better so than that we should see the enemy's earthworks from our walls for the second time. Let Africa be the theatre of the remainder of the war. In that direction may terror and flight be diverted, the devastation also of farms, the desertion of allies, and the other calamities of war which for fourteen years have assailed us.

“ It is enough to have spoken of matters concerning the state and the war now in progress and the provinces which are in question. A long speech it would be and one of no concern to you senators if, after the manner in which Quintus Fabius has disparaged my achievements in Spain, I on my part should be

vavit, sic ego ¹ contra gloriam eius eludere et meam
18 verbis extollere velim. Neutrum faciam, patres
conscripti, et, si nulla alia re, modestia certe et tem-
perando linguae adulescens senem vicero. Ita
et vixi et gessi res ut tacitus ea opinione quam
vestra sponte conceptam animis haberetis facile
contentus essem.”

XLV. Minus aequis animis auditus est Scipio,
quia volgatum erat, si apud senatum non obtinisset
ut provincia Africa sibi decerneretur, ad populum ex-
2 templo laturum. Itaque Q. Fulvius, qui consul qua-
ter et censor ² fuerat, postulavit a consule ut palam in
senatu diceret permetteretne patribus ut de pro-
vinciis decernerent, staturusque eo esset quod cen-
3 suissent, an ad populum laturus. Cum Scipio re-
spondisset se quod e re publica esset facturum, tum
4 Fulvius: “ Non ego ignarus quid responsurus
facturusve esses quaesivi, quippe cum prae te feras
temptare te ³ magis quam consulere senatum, et ni
provinciam tibi quam volueris extemplo decernamus,
5 paratam rogationem habeas. Itaque a vobis, tribuni
plebis, postulo ” inquit “ ut sententiam mihi ideo non
dicenti quod, etsi ⁴ in meam sententiam discedatur,
6 non sit ratum habiturus consul, auxilio sitis.” Inde
altercatio orta, cum consul negaret aequum esse
tribunos intercedere quo minus suo quisque loco

¹ ego *P(1)N* : et ego *JK Aldus, Froben.*

² et censor *A⁶N⁶JK Aldus, Froben* : *om. P(1)N.*

³ te *P(3)* : *om. ANJK Aldus, Froben.*

⁴ etsi *Gronovius, Eds.* : est *P(1)N* : si *A⁶N⁶JK Luchs.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
549

7 senator¹ rogatus sententiam diceret. Tribuni ita decreverunt: "Si consul senatui de provinciis permittit, stari eo quod senatus censuerit placet, nec de ea re ferri ad populum patiemur; si non permittit, qui de ea re sententiam recusabit dicere auxilio erimus."

8 Consul diem ad conloquendum cum conlega petit; postero die permissum senatui est. Provinciae ita decretae: alteri consuli Sicilia et triginta rostratae naves quas C. Servilius superiore anno habuisset; permissumque ut in Africam, si id e re publica esse

9 censeret, traiceret; alteri Bruttii et bellum cum Hannibale cum eo exercitu, quem² <mallet>. L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur inter se compararentve uter in Brutiis duabus legionibus quas consul reliquisset

10 rem gereret, imperiumque in annum prorogaretur cui ea provincia evenisset. Et ceteris, praeter consules praetoresque,³ qui exercitibus provinciisque prae-

11 futuri erant⁴ prorogata imperia. Q. Caecilio sorti evenit ut cum consule in Brutiis adversus Hannibalem bellum gereret.

¹ senator *A⁶N¹JK Aldus, Froben : om. P(1)N.*

² quem *P(1)NJK : at least mallet must have followed: mallet ex duobus qui ibi essent Madvig: mallet ex duobus quos consules habuissent Weissenborn.*

³ praeter . . . praetoresque *P(1)NJK Aldus: probably to be rejected as a gloss with Conway, who suspected another lacuna.*

⁴ praefuturi erant *also corrupt, Conway, who would conj. praefuerant.*

¹ This decree so fortified the opposition that Scipio was unable to risk a vote referring the question to the people.

² A small fleet in comparison with the hundred ships assigned to Sicily in 208 B.C.; **XXVII.** xxii. 9. For an invasion a

order. The tribunes made this decree: "If the consul permits the senate to assign the provinces, we decide that he must stand by the vote of the senate, and we will not allow a bill touching that matter to be brought before the people. If he does not permit, we will come to the defence of a man who refuses to express an opinion on that matter."¹ B.C. 205

The consul begged for one day to confer with his colleague; on the next day he gave the senate his permission. The provinces were assigned by decree as follows: to one of the consuls Sicily and the thirty war-ships² which Gaius Servilius had commanded in the previous year;³ and permission to cross over to Africa was given, if he should consider that to be to the advantage of the state; to the other consul the land of the Bruttians and the war with Hannibal, together with the army which he preferred.⁴ Lucius Veturius and Quintus Caecilius were to decide between them by lot or by arrangement which of them was to wage war in the Bruttian land with the two legions which the consul should leave there, and whichever should have that province assigned to him was to have his command continued for one year. And for the rest who were to command armies and provinces—apart from consuls and praetors—their commands were continued. It fell to Quintus Caecilius by lot to wage war together with the consul in the Bruttian land against Hannibal.

much larger navy would seem to be required. Add the 30 new ships presently to be built (§ 21). But actually only 40 war-ships escorted 400 transports in 204 B.C.; XXIX. xxvi. 3.

³ Cf. x. 16.

⁴ *I.e.* of the two in that region; cf. x. 10; xi. 12; xlvi. 2.

LIVY

- A.U.C. 12 Ludi deinde Scipionis magna frequentia et favore
549 spectantium celebrati. Legati Delphos ad donum ex
praeda Hasdrubalis portandum missi M. Pomponius
Matho et Q. Cadius. Tulerunt coronam auream
ducentum pondo et simulacra spoliorum ex ¹ mille
pondo argenti facta.²
- 13 Scipio cum ut dilectum haberet neque impetras-
set neque magnopere tetendisset, ut voluntarios
14 ducere sibi milites liceret tenuit et, quia inpensae
negaverat rei publicae futuram classem, ut quae ab
sociis darentur ad novas fabricandas naves acciperet.
Etruriae primum populi pro suis quisque facul-
15 tatibus consulem adiuturos polliciti: Caerites frumen-
tum sociis navalibus commeatumque omnis generis,
Populonenses ferrum, Tarquinienses lintea in vela,
Volaterrani interamenta ³ navium et frumentum,
16 Arretini tria milia scutorum, galeas totidem, pila
gaesa hastas longas, milium quinquaginta summam
17 pari cuiusque generis numero expleturos, secures rura
falces alveolos molas, quantum in quadraginta longas
naves opus esset, tritici centum et viginti milia
modium, et in viaticum decurionibus remigibusque
18 conlaturos; Perusini Clusini Rusellani abietem in
fabricandas naves et frumenti magnum numerum;

¹ ex *SpD Froben 2*: et *P(3)NJK Aldus*.

² facta *SpDJ Froben 2*: facti *P(3)NK Aldus*.

³ interamenta *P(3)NJK*: ferramenta *x*: inceramenta
Gronovius.

¹ Doubtless in the form of trophies, possibly a pair of them, to flank the golden wreath, presumably to be set up in one of the treasure houses. At XXIII. xi. 3 Apollo had bidden them send a gift when they had preserved their state. So Fabius Pictor, the Roman ambassador, had reported in 216 B.C.

² Cf. XXX. xxxix. 2; now Piombino, the nearest port to Elba. Usually Populonia, but Polybius and Strabo use the

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



A.U.C.
549

19 abiete et¹ ex publicis silvis est usus. Umbriae populi
et praeter hos Nursini² et Reatini et Amiternini
Sabinusque omnis ager milites polliciti. Marsi
Paeligni Marrucinique multi voluntarii nomina in
20 classem dederunt. Camertes cum aequo foedere
cum Romanis essent, cohortem armatam sescentorum
21 hominum miserunt. Triginta navium carinae, viginti
quinqüeremes, decem quadriremes, cum essent
positae, ipse ita institit operi ut die quadragesimo
quinto quam ex silvis detracta materia erat naves
instructae armataeque in aquam deductae sint.

XLVI. Profectus in Siciliam est triginta navibus
longis, voluntariorum septem ferme milibus in naves
2 impositis. Et P. Licinius in Bruttios ad duos
exercitus consulares venit. Ex iis eum sibi sumpsit
3 quem L. Veturius consul habuerat; Metello ut,
quibus praefuisset legionibus, iis praeesset,³ facilius
cum adsuetis imperio rem gesturum ratus permisit.
4 Et praetores diversi in provincias profecti. Et quia
pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem
a Fossa Graeca ad mare versam vendere quaestores
5 iussi, indicio quoque permissio qui ager civis Campani
fuisset, uti is publicus populi Romani esset; indici
praemium constitutum, quantae pecuniae ager

¹ et conj. *Luchs, Walters, adopted by Conway; om. P(1)NJK Eds.*

² Nursini, *SpJK Froben 2 add -que and om. et praeter hos of P(1)N Aldus.*

³ legionibus . . . praeesset *A¹N¹JK Aldus, Froben: om. P(1)N.*

¹ *I.e.* just as if they were allies and hence bound to furnish troops.

² Near Cumae and probably dug by that city long before to drain marshy lowlands near the sea; cf. XXII. xvi. 4.

used fir also from forests belonging to the state. B.O. 205
 The communities of Umbria and in addition Nursia and Reate and Amiternum and the whole Sabine district promised soldiers. Marsians, Paelignians and Marrucini in large numbers gave in their names as volunteers for the fleet. Camerinum, although it treated with the Romans on an equal footing, sent an armed cohort of six hundred men.¹ After thirty keels had been laid down, twenty quinqueremes and ten quadriremes, Scipio so pushed the work that on the forty-fifth day after the timber had been brought from the forests the ships, rigged and equipped, were launched.

XLVI. He set out for Sicily on thirty war-ships after embarking some seven thousand volunteers. And Publius Licinius came to the two consular armies in the land of the Bruttians. Of these he took the army which Lucius Veturius had commanded as consul. He allowed Metellus to command the same legions which he had previously commanded, for he thought Metellus would more easily carry on the war with men accustomed to his authority. The praetors also set out in different directions to their provinces. And because there was a lack of money for the war the quaestors were ordered to sell a region of Campania extending from the Fossa Graeca² to the sea, it being permitted also to give information as to any land which had belonged to a Campanian citizen, so that it might become public land of the Roman people. For the informant one-tenth of the price of the land

Not far away was Liternum, where Scipio Africanus later lived in retirement at his villa, described by Seneca *Ep.* 86, 1-12; cf. Val. Max. II. x. 2; and there was his tomb; Seneca *l.c.*

6 indicatus esset pars decuma. Et Cn. Servilio praetori urbano negotium datum ut Campani cives, ubi cuique¹ ex senatus consulto liceret habitare, ibi² habitarent, animadverteretque in eos qui alibi habitarent.

7 Eadem aestate Mago Hamilcaris filius ex minore Baliarium insula, ubi hibernarat, iuventute lecta in classem imposita, in Italiam triginta ferme rostratis navibus et multis onerariis duodecim milia peditum, 8 duo ferme equitum traiecit, Genuamque nullis praesidiis maritumam oram tutantibus repentino adventu cepit. Inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi 9 motus facere posset, classem appulit. Ingauni—Ligurum ea gens est—bellum ea tempestate gere- 10 bant cum Epanteriis Montanis. Igitur Poenus Savone, oppido Alpino, praeda deposita et decem longis navibus in statione ad praesidium relictis, ceteris Carthaginem missis ad tuendam maritumam 11 oram, quia fama erat Scipionem traiecturum, ipse societate cum Ingaunis, quorum gratiam malebat, composita Montanos instituit oppugnare. Et crescebat exercitus in dies ad famam nominis eius

¹ cuique *P(1)N Aldus* : -cunque *SpN^sJK*.

² habitare, ibi *P(1)N Aldus* : *om. SpJK Froben 2*.

¹ On the Ligurian coast; cf. XXI. xxxii. 5, the first appearance of Genoa in history; XXIX. v. 2. Destroyed by Mago and rebuilt by Spurius Lucretius, XXX. i. 10.

² *I.e.* Western; see note on Savo below.

³ Cf. XXIX. *l.c.* Their town was a seaport, Album Ingaunum or Albingaunum, now Albenga; Strabo IV. vi. 1; Mela II. 72; Tacitus *Hist.* II. 15 *fin.* The Epanterii were above them on the slopes of the coast range (*Alpes Maritimae*).

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

- A.U.C. 549 12 Gallis undique confluentibus. Ea res¹ litteris cognita Sp. Lucreti, ne frustra Hasdrubale cum exercitu deleto biennio ante forent laetati, si par aliud inde bellum, duce tantum mutato, oreretur, curam
- 13 ingentem accendit² patribus. Itaque et M. Livium proconsulem ex Etruria volonum exercitum admovere Ariminum iusserunt, et Cn. Servilio praetori negotium datum ut, si e re publica censeret esse, duas urbanas legiones, imperio cui videretur dato, ex urbe duci iuberet. M. Valerius Laevinus Arretium eas legiones duxit.
- 14 Eisdem diebus naves onerariae Poenorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octavio, qui provinciae praeerat, captae. Eas Coelius frumento misso ad Hannibalem commeatuque onustas, Valerius praedam Etruscam Ligurumque et³ Montanorum captivos
- 15 Carthaginem portantes captas tradit. In Bruttiiis nihil ferme anno eo memorabile gestum. Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Poenosque, nisi quod Punicum exercitum super morbum etiam fames
- 16 adfecit. Propter Iunonis Lacinae templum aestatem Hannibal egit, ibique aram condidit dedicavitque cum ingenti rerum ab se gestarum titulo, Punicis Graecisque litteris insculpto.

¹ res *Rhenanus, Eds. (after litteris Alschefski): om. P(1)NSpJK Aldus, Froben.*

² accendit *P(1)NSpJK Froben 2: accendere x Aldus.*

³ et *P(1)NJK, Aldus, Weissenborn, Conway: om. Froben 2, Madvig, Luchs, Riemann, Friedersdorff, unwilling to accept as genuine the statement that there were Ligurian captives also, i.e. Ingauni, § 9.*

¹ Cf. xxxviii. 11, 13; XXX. i. 9 f.

² Antias; cf. Vol. VI. p. 492, n. 2; VII. pp. 24, n. 1 and 187. For Coelius cf. VI. p. 183, n. 2; VII. pp. 41, 323.

on hearing his name flocked together from all sides. B.C. 205
 This fact, when it was made known to the senators through a letter of Spurius Lucretius,¹ kindled great anxiety among them, for fear they had rejoiced in vain two years before over the destruction of Hasdrubal and his army, if another equally serious war with only a change of commander should break out from that quarter. So they ordered Marcus Livius, the proconsul, to bring his army of slave-volunteers from Etruria to Ariminum. Also they assigned to Gnaeus Servilius, the praetor, if he thought it to the advantage of the state, the duty of appointing at his discretion a commander for the two city legions and ordering them to be brought up from the city. Marcus Valerius Laevinus brought these legions to Arretium.

Just at that time about eighty Carthaginian transports were captured off Sardinia by Gnaeus Octavius, who was in command of that province. Coelius states that they were laden with grain sent to Hannibal and with provisions, Valerius² that they were captured while carrying Etruscan booty and captive Ligurians and Montani to Carthage. In the land of the Bruttians virtually nothing notable was done that year. An epidemic, equally disastrous to both, had attacked Romans and Carthaginians, with this difference that in addition to disease hunger also weakened the Carthaginian army. Hannibal spent the summer near the temple of Juno Lacinia,³ and there he erected an altar and dedicated it together with a great record of his achievements in a Punic and Greek inscription.

³ Cf. Vol. VI. pp. 115, n., 182 f., notes (especially in reference to the inscription); VII. p. 315. The promontory took its name from ναός, temple, and is still Capo Nao (or delle Colonne).

LIBRI XXVIII PERIOCHA

Res in Hispania prospere gestae a Silano Scipionis legato et ab L. Scipione fratre adversus Poenos, a P. Sulpicio proconsule socio Attalo rege Asiae adversus Philippum regem Macedonum pro Aetolis referuntur. Cum M. Livio et Claudio Neroni consulibus triumphus decretus esset, Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est, Nero, qui in collegae provinciam, ut victoriam eius adjuvaret, venerat, equo secutus est, et in hoc habitu plus gloriae reverentiaeque habuit; nam et plus in bello quam collega fecerat. Ignis in aede Vestae neglegentia virginis quae non custodierat extinctus est; caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Poenis debellavit XIII anno eius belli, quinto post anno quam ierat, praecclusisque in totum possessione provinciae eius hostibus Hispanias recepit; et a Tarracone in Africam ad Syphacem regem Massylorum transvectus foedus iunxit. Hasdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto cenavit. Munus gladiatorium in honorem patris patruisque Carthagine Nova edidit, non ex gladiatoribus, sed ex his qui aut in honorem ducis aut ex provocatione descendebant; in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cum Gisia urbs obpugnaretur, oppidani liberos et coniuges rogo exstructo occiderunt et se insuper praecipitaverunt. Ipse Scipio, dum gravi morbo implicatus est, seditionem in parte exercitus motam confirmatus

¹ An error for New Carthage; cf. xvii. 12.

² Astapa in the text, xxii. 2; xxiii. 5.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIBRI XXVIII PERIOCHA

discussit, rebellantesque Hispaniae populos coegit in deditionem venire. Et amicitia facta cum Masinissa rege Numidarum, qui illi auxilium, si in Africam traiecisset, pollicebatur, cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui Carthagine scriptum erat ut in Italiam traiceret, Romam reversus consulque creatus. Africam provinciam petenti contradicente Q. Fabio Maximo Sicilia data est, permissumque ut in Africam traiceret, si id e re publica esse censeret. Mago Hamilcaris filius a minore Baliari insula, ubi hiemaverat, in Italiam traiecit.

SUMMARY OF BOOK XXVIII

seriously ill, upon recovering quelled it and compelled the rebellious peoples in Spain to surrender. And he made friends with Masinissa, King of the Numidians, who promised him assistance if he should cross over to Africa. Having made friends with the men of Gades also after the departure of Mago, who had received written orders from Carthage to cross over to Italy, Scipio returned to Rome and was elected consul. When he begged for Africa as his province, while Quintus Fabius Maximus opposed, Sicily was given to him and he was permitted to cross over to Africa if he thought that for the advantage of the state. Mago son of Hamilcar crossed over to Italy from the smaller of the Balearic Islands, where he had wintered.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIBER XXIX

A.U.C.
549

I. SCIPIO postquam in Siciliam venit, voluntarios
2 milites ordinavit centuriavitque. Ex iis trecentos iu-
venes, florentes aetate et virium robore insignes,¹
inermes circa se habebat, ignorantes quem ad usum
3 neque centuriati neque armati servarentur. Tum
ex totius Siciliae iuniorum numero principes genere et
fortuna trecentos equites qui secum in Africam
traicerent legit, diemque iis qua equis armisque
4 instructi atque ornati adessent edixit. Gravis ea
militia procul domo, terra marique multos labores
magna pericula allatura videbatur; neque ipsos modo
sed parentes cognatosque eorum ea cura angebat.
5 Ubi dies quae edicta² erat advenit, arma equosque
ostenderunt. Tum Scipio renuntiari sibi dixit
quosdam equites Siculorum tamquam gravem et
6 duram horrere eam militiam; si qui ita animati
essent, malle eos sibi iam tum fateri quam postmodo
querentes segnes atque inutiles milites rei publicae
esse; expromerent quid sentirent; cum bona venia
7 se auditurum. Ubi ex iis unus ausus est dicere se

¹ insignes, inermes *Conway*: insignes (or -is),
SpA·N·(altern.)JK Froben 2: inermis (or -es *P(1)NH Aldus,*
Eds.

² edicta *JK Aldus, Froben, Luchs*: dicta *P(1)NH.*

BOOK XXIX

I. Scipio, now that he had reached Sicily, assigned B.C. 205
his volunteers to their ranks and centuries. Three hundred of them, young men in the bloom of their youth and conspicuous for their physical strength, he kept about him unarmed and ignorant of the purpose for which they were being reserved without being organized in centuries or furnished with arms. Then he chose out of the number of the younger men of all Sicily three hundred horsemen, men of high rank and of wealth, to cross over with him into Africa. He appointed a day also on which they were to present themselves equipped and furnished with horses and arms. Such service far from home seemed to them formidable and likely to bring many hardships and great dangers on land and sea. And concern on this account troubled not merely the men themselves but also their parents and relations. When the day which had been appointed came the men displayed their arms and horses. Then Scipio said reports were coming to him that some of the Sicilian horsemen shrank from that service as formidable and difficult. If any were of that mind he preferred that they should confess it to him at once, rather than complain later and prove spiritless soldiers and useless for the state. Let them declare what was their mind; he would give them a kindly hearing. When one of them ventured to say that

LIVY

A.U.C.
549

prorsus, si sibi utrum vellet¹ liberum esset, nolle
8 militare, tum Scipio ei: "Quoniam igitur, adulescens,
quid sentires non dissimulasti, vicarium tibi expediam
cui tu arma equumque et cetera instrumenta militiae
tradas et tecum hinc extemplo domum ducas,
9 exerceas, docendum cures equo armisque." Lacto
condicionem accipienti unum ex trecentis quos
inermes habebat tradit. Ubi hoc modo exauctoratum
equitem cum gratia imperatoris ceteri viderunt, se
10 quisque excusare et vicarium accipere. Ita trecentis
Siculis Romani equites substituti sine publica inpen-
sa. Docendorum atque exercendorum² curam Siculi ha-
buerunt, quai edictum imperatoris erat, ipsum milita-
11 turum qui ita non fecisset. Egregiam hanc alam equi-
tum evasisse ferunt multisque proeliis rem publicam
adiuvisse.

12 Legiones inde cum inspiceret, plurimorum stipen-
diorum ex iis milites delegit, maxime qui sub duce
13 Marcello militaverant, quos cum optima disciplina
institutos credebat, tum etiam ab longa Syracusarum
obsidione peritissimos esse urbium oppugnandarum;
nihil enim parvum, sed Carthaginis iam excidia
14 agitabat animo. Inde exercitum per oppida dispertit;
frumentum Siculorum civitatibus imperat, ex Italia

¹ vellet *Sp?JK Froben 2*: velit *P(1)NH*.

² atque exercendorum *A^sN^sH(ac)JK Aldus, Froben: om. P(1)N*, a line, as they omit multisque proeliis rem publicam just below (supplied as above).

¹ A similar method of raising cavalry inexpensively was used by the Spartan King Agesilāus in order to make war upon the Persian King's satrap Tissaphernes near Ephesus, 395

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



advecto parcit; veteres naves reficit et cum iis C. Laelium in Africam praedatum mittit; novas Panhormi¹ subducit, quia ex viridi materia raptim factae erant, ut in sicco hibernarent.

15 Praeparatis omnibus ad bellum Syracusas, nondum ex magnis belli motibus satis tranquillae, venit.

16 Graeci res a quibusdam Italici generis eadem vi qua per bellum ceperant retinentibus, concessas sibi ab

17 senatu repetebant. Omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim iudiciis etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis suas

18 res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res, sed omnibus Siciliae populis grata fuit, coque enixius ad² bellum adiuverunt.

19 Eadem aestate in Hispania coortum ingens bellum conciente Ilergete Indibili, nulla alia de causa quam per admirationem Scipionis contemptu imperatorum

20 aliorum orto. Eum superesse unum ducem Romanis, ceteris ab Hannibale interfectis, rebatur;³ eo nec in Hispaniam caesis Scipionibus alium quem mitterent habuisse, et postquam in Italia gravius bellum urgueret, adversus Hannibalem eum arcessitum.

¹ Panhormi *P(1)H*: panormi *NK*: -mis *J*.

² ad *om.* *NJK Froben 2*.

³ rebatur *Gronovius*: rebantur *PCRM¹?A¹N¹HJK*: *om.* (*as a gloss*) *Duker, Conway*.

¹ *I.e.* of the previous year at least; cf. *XXVIII. xlv. 8*, where thirty war-ships are mentioned.

² Evidently Laevinus' efforts to remedy abuses had not been altogether successful (*XXVI. xl. 1*). Syracusans (*Graeci*) had often been unable to recover landed property still occupied and forcibly held by Italians; cf. *ibid. xxx. 10*; *xxxii. 6* (the latter implying the senate's promise of compensation).

Italy. He repaired the old ships,¹ and with these B.C. 205 sent Gaius Laelius to Africa for plunder. The new ships he beached at Panormus, that they might winter out of the water, since they had been built in haste of green timber.

Every preparation for the war having been made, he came to Syracuse, which was not yet quite peaceful after the great unsettlement due to the war. The Greeks were making their claims to properties granted them by the senate against certain Italians who were holding on with the same use of force with which they had seized the property during the war.² Thinking it of the utmost importance to keep a promise given by the state, Scipio restored their property to the Syracusans, partly by an edict, partly also by granting hearings against those who persisted in maintaining an unlawful possession. This act was acceptable not only to the owners themselves but to all the communities of Sicily as well, and all the more energetically did they render assistance for the war.

In the same summer a great war broke out in Spain, instigated by Indibilis³ of the Ilergetes for no other reason than because contempt for other generals sprang from admiration for Scipio. He thought that Scipio was the one general left to the Romans, the rest having been killed by Hannibal; that consequently after the slaying of the Scipios they had no one else to send to Spain, and had also, once the war grew more serious in Italy, summoned him to face Hannibal; that, besides

³ Cf. XXVIII. xxiv ff. and note on xxiv. 3. Indibilis was prince of a north-eastern tribe, the Ilergetes; XXVI. xlix. 11; cf. XXVIII. xxvii. 5.

A.U.C.
549

21 Praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania
Romani haberent,¹ exercitum quoque inde veterem
deductum; trepida omnia et² inconditam turbam
22 tironum esse. Numquam talem occasionem libe-
23 randae Hispaniae fore. Servitum ad eam diem aut
Carthaginiensibus aut Romanis, nec in vicem his aut
24 illis, sed interdum utrisque simul. Pulsos ab Romanis
Carthaginienses; ab Hispanis, si consentirent, pelli
Romanos posse, ut ab omni externo imperio³ soluta
in perpetuum Hispania in patrios rediret mores
25 ritusque. Haec taliaque dicendo non populares
modo, sed Ausetanos quoque, vicinam gentem,
conciat et alios finitimos sibi atque illis populos.
26 Itaque intra paucos dies triginta milia peditum,
quattuor ferme equitum in Sedetanum agrum,
quo edictum erat, convenerunt.

II. Romani quoque imperatores L. Lentulus et
L. Manlius Acidinus, ne glisceret prima negligendo
2 bellum, iunctis et ipsi exercitibus per agrum Ause-
tanum hostico tamquam pacato clementer ductis mili-

¹ haberent *SpHJK Froben* 2: habeant *Weissenborn, Conway*: -bant *P(1)NH² Aldus*.

² et *Sp²A²JK Aldus, Froben*: ut *P(1)NH*.

³ externo imperio *A²JK Froben* 2: imperio externo *P(3)C⁴NH Aldus*. For the folia probably misplaced in *P*'s archetype and inserted in *P(1)N* between imperio and externo, cf. critical n. on **XXVIII.** xxii. 14. The correct order is found in *HJK Aldus, Froben*. In *P* the passage covers over 33 pp.

¹ Their territory reached from the Pyrenees south-east to the Mediterranean, Gerunda being their chief town (now Gerona). Cf. **XXI.** xxiii. 2; **lxi.** 8 (here and in **XXXIX.** lvi. 1 they even approach the Ebro; not so in *Caesar B.C.* I. lx. 2);

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.C.C.
549

tibus ad sedem hostium pervenere et ¹ trium milium spatio procul a castris eorum posuerunt castra. 3 Primo per legatos nequiquam temptatum ut discederetur ab armis; dein cum in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus Hispanis factus esset, summisso ab statione Romana equitatu equestre proelium fuit haud sane memorando in 4 partem ullam eventu. Sole oriente postero die armati instructique omnes mille ferme passus procul 5 a castris Romanis aciem ostendere. Medii Ausetani erant; cornua dextrum Ilergetes, laevum ignobiles tenebant Hispani populi; inter cornua et mediam aciem intervalla patentia satis late fecerant ² qua 6 equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et Romani more suo exercitum cum instruxissent, id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi 7 patentes equiti relinquerent vias. Ceterum Lentulus ci parti usum equitis fore ratus quae prior in dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisisset, 8 Ser. Cornelio tribuno militum imperat equites per patentes in hostium acie vias permittere equos iubeat. 9 Ipse coepta parum prospere pedestri pugna, tantum moratus dum cedenti duodecimae legioni, quae in laevo cornu adversus Ilergetes locata erat, tertiam decumam legionem ex subsidiis in primam aciem fir- 10 mamentum ducit, postquam aequata ibi pugna est, ad L. Manlium inter prima signa hortantem ac sub-

¹ pervenere et *M³A⁴ Weissenborn*: -veneret *PR*: -veniret *R²(3)*: -venere *N⁴HJK Aldus, Froben*.

² fecerant *x Gronovius*: fecerunt *P(1).NHJK*.

were friendly, they reached the place where their B.C. 205 enemies had concentrated and pitched camp three miles away from their camp. At first a vain effort was made through envoys to make them abandon fighting. Then when an attack was suddenly made upon Roman foragers by Spanish horse and from a Roman outpost horsemen were sent to the rescue, there was a cavalry battle with no success for either side worth mentioning. At sunrise on the following day, under arms and drawn up, all of them displayed their battle-line at a distance of about a mile from the Roman camp. The Ausetani were in the centre; of the wings the Ilergetes occupied the right, unimportant Spanish tribes the left. Between the wings and the centre they had made spaces broad enough to send the cavalry through when the time came. And the Romans, having drawn up their army in the customary fashion, imitated this feature only of the enemy's line, that they likewise left broad spaces between the legions for the passage of cavalry. But Lentulus thought that whichever side should first send its cavalry out into the enemy's line with its gaping intervals would use its cavalry to advantage. He therefore ordered Servius Cornelius, a tribune of the soldiers, to command his cavalry to give their horses free rein through the broad openings in the battle-line of the enemy. Lentulus himself, after the infantry battle had begun without success, delayed only long enough to bring up the thirteenth legion from the reserves into the front line to support the twelfth legion, which had been placed on the left wing facing the Ilergetes and was giving way. Now that the battle was evenly balanced there, he came up to Lucius Manlius, who

LIVY

A.U.C.
549

sidia quibus res postulabat locis inducentem venit;
 11 indicat tuta ab laevo cornu esse; iam missum ab se
 Ser.¹ Cornelium procella equestri hostes circum-
 fusurum.

12 Vix haec dicta dederat cum Romani equites in
 medios invecti hostes simul pedestres acies turbarunt,
 simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos
 13 clausurunt. Itaque ommissa pugna equestri ad pedes
 Hispani descenderunt. Romani imperatores ut
 turbatos hostium ordines et trepidationem pavorem-
 que et fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant
 milites ut percussos invadant neu restitui aciem
 14 patiantur. Non sustinuissent tam infestum impetum
 barbari, ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad
 pedes degressis ante prima signa peditum se obiecis-
 15 set. Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit; tandem,
 postquam ii qui circa regem seminecem restantem,
 deinde pilo terrae adfixum pugnabant obruti telis
 16 occubuerunt, tum fuga passim coepta. Plures caesi,
 quia equos conscendendi equitibus spatium non
 fuerat, et quia percussis acriter institerunt Romani;
 nec ante abscessum est quam castris quoque exuerunt
 17 hostem. Tredecim ² milia Hispanorum caesa eo die,
 mille ³ octingenti ferme capti; Romanorum so-
 ciorumque paulo amplius ducenti, maxime in laevo

¹ Ser. *Froben* 2, *Eds.*: *P(1)NSpHJ* have *servium* after Cornelium: *Madvig, Conway* om. *praenomen*.

² tredecim *A'JK Conway* (cf. *XXVI. xlix. 3 and below, xxxvii. 6*): *decem tria P(1)NH*.

³ mille *P(∞)A'JK*: om. *P²(1)NH Aldus, Froben*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



18 cornu, ceciderunt. Pulsi castris Hispani aut qui ex proelio effugerant, sparsi primo per agros, deinde in suas quisque civitates redierunt.

III. Tum a Mandonio evocati in concilium conquestique ibi clades suas increpitis auctoribus belli legatos mittendos ad arma tradenda deditionemque
2 faciendam censuere. Quibus culpam in auctorem belli Indibilem ceterosque principes, quorum plerique in acie cecidissent, conferentibus tradentibusque arma et
3 dedentibus sese responsum est in deditionem ita accipi eos, si Mandonium ceterosque belli concitores tradidissent vivos; si minus, exercitum se in agrum Ilergetum Ausetanorumque et deinceps aliorum
4 populorum inducturos.¹ Haec dicta legatis renuntiataque in concilium. Ibi Mandonius ceterique principes comprehensi et traditi ad supplicium.
5 Hispaniae populis reddita pax; stipendium eius anni duplex et frumentum sex mensum imperatum sagaque et togae exercitui, et obsides ab triginta ferme populis accepti.

6 Ita Hispaniae rebellantis tumultu haud magno motu intra paucos dies concito et compresso, in Afri-
7 cam omnis terror versus. C. Laelius nocte ad Hipponem Regium cum accessisset, luce prima ad populandum agrum sub signis milites sociosque navales²

¹ inducturos *N^sJK* : ducturos *P(1)NH Aldus, Froben.*

² navales (or -is) *P(1)NH Aldus, Froben, Eds. : to this in auxilium is added (before navales) by N^s Conway, (after nav.) by A^sJK.*

¹ Livy or his Roman source must have confused Hippo Diarrhÿtus (Bizerte) with Hippo Regius (near Bône), which was ten days' journey from Carthage (so Procopius *Bell. IV (Vand. II.)*, iv. 26; Mela I. 33; Pliny *N.H. V. 22; VI. 212*). Laelius would not lay waste land claimed by Masinissa. Cf. p. 334 for the real Hippo Regius.

hundred fell, mainly on the left wing. Those of the Spaniards who were driven out of their camp or had escaped from the battle scattered at first over the country and then returned to their respective communities. B.C. 205

III. Then they were summoned by Mandonius to a council, and there, after lamenting their heavy losses and berating those who were responsible for the war, they voted that envoys should be sent to arrange for a surrender of arms and a capitulation. When the envoys laid the blame upon Indibilis as responsible for the war and upon the rest of their leading men, most of whom, they said, had fallen in the battle, and offered to deliver their arms and surrender, the answer given them was: that their surrender would be accepted only in case they should deliver Mandonius and the other instigators of the war alive. If not, the generals said they would lead their army into the lands of the Ilergetes and Ausetani and the other tribes one after another. Such was the reply given to the legates and reported by them to the council. Thereupon Mandonius and the other leaders were seized and handed over to be punished. For the peoples of Spain peace was restored, a double tribute for that year and grain for six months exacted, also cloaks and togas for the army; and hostages were accepted from about thirty tribes.

Thus a rebellious uprising in Spain was incited and suppressed within a few days with no serious consequences, and alarm was completely shifted to Africa. Gaius Laelius, having reached Hippo Regius¹ by night, led out his soldiers and marines under their standards at daybreak to lay the country

8 duxit. Omnibus pacis modo incuriose agentibus
 magna clades inlata; nuntiique trepidi Carthaginem
 terrore ingenti conplevere, classem Romanam
 Scipionemque imperatorem—et fama fuerat iam in
 9 Siciliam transgressum—advenisse. Nec quot naves
 vidissent, nec quanta manus agros popularetur satis
 gnari omnia in maius metu augente accipiebant.
 Itaque primo terror pavorque, dein¹ maestitia
 10 animos incessit: tantum fortunam mutasse ut qui
 modo ipsi exercitum ante moenia Romana habuissent
 victores stratisque tot hostium exercitibus omnes
 Italiae populos aut vi aut voluntate in deditionem
 11 accepissent, ii verso Marte Africae populationes et
 obsidionem Carthaginis visuri forent, nequaquam pari
 12 ad patienda ea robore ac Romani fuissent. Illis
 Romanam plebem, illis Latium iuventutem prae-
 buisse maiorem semper frequentioremq; pro tot
 13 caesis exercitibus subolescentem; suam plebem
 imbellem in urbe, imbellem in agris esse; mercede
 parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei
 14 mobili atque infida. Iam reges, Syphacem post
 colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam
 aperta defectione infestissimum hostem. Nihil
 15 usquam spei, nihil auxilii esse. Nec Magonem ex
 Gallia movere tumultus quicquam nec coniungere

¹ dein *P(1)NH Aldus* (daein *P*): deinde *JK Froben 2*.

¹ The earlier inhabitants, mostly rustics, many of them mercenary soldiers; cf. XXVIII. xiv. 4, 19; xx. 1, etc.; below, iv. 2.

² Cf. XXVIII. xviii.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

sese Hannibali, et Hannibalem ipsum iam et fama senescere et viribus.

IV. In haec deflenda prolapsos ab recenti nuntio animos rursus terror instans revocavit ad consultandum quonam modo obviam praesentibus periculis
2 iretur. Dilectus raptim in urbe agrisque haberi placet; mittere ad conducenda Afrorum auxilia; munire urbem, frumentum convehere, tela arma parare; instruere naves ac mittere ad Hipponem
3 adversus Romanam classem. Iam haec agentibus nuntius tandem venit Laelium, non Scipionem, copiasque, quantae ad incursiones agrorum satis sint, transvectas; summae¹ belli-molem adhuc in
4 Sicilia esse. Ita respiratum, mittique legationes² ad Syphacem aliosque regulos firmandae societatis causa coeptae. Ad Philippum quoque missi qui ducenta argenti talenta pollicerentur, ut in Siciliam
5 aut in Italiam traiceret. Missi et ad suos imperatores in Italiam ut omni terrore Scipionem retinerent; 6 ad Magonem non legati modo, sed viginti quinque longae naves, sex milia peditum, octingenti equites, septem elephantum, ad hoc magna pecunia ad conducenda auxilia, quibus fretus propius urbem Romanam exercitum admoveret coniungeretque se Hannibali.

7 Haec Carthagine parabant agitabantque cum³

¹ summae *P*: summam *P*¹ or *P*² *Aldus*, *Froben*: summi *HJK*.

² legationes *here HJK*: after Syphacem *P(1)N*[?] *Aldus*, *Froben*.

³ cum *SpN*[?]*HJK Froben 2, Conway*: tum *A*[?]; om. *P(1)N Eds.* beginning a new sentence with *Ad*.

nor uniting with Hannibal; and Hannibal himself B.C. 205 by this time was on the decline both in repute and in strength.

IV. Such were the laments into which men had fallen in consequence of the recent news when impending alarm roused them again to deliberate how they should meet the dangers of the moment. It was decided to hold levies speedily in city and country; to send men to hire African auxiliaries; to fortify the city, to bring in grain, to provide arms offensive and defensive, to equip ships and send them to Hippo to face the Roman fleet. While they were already thus employed the news at last came that Laelius, not Scipio, had sailed across and only sufficient forces to raid the farms; that the bulk of the main army was still in Sicily. So there was a breathing spell, and they set about sending embassies to Syphax and other princes, to cement an alliance. To Philip also envoys were sent to promise him two hundred talents of silver, on condition that he should cross over into Sicily or Italy.¹ Men were sent likewise to their own commanders in Italy, that by every sort of alarm they should keep Scipio there. Not only envoys were sent to Mago but twenty-five war-ships, six thousand infantry, eight hundred horsemen, seven elephants, and in addition a large sum of money to hire auxiliaries. Relying upon these resources he was to advance nearer to the city of Rome with his army and unite with Hannibal.

Such were their plans and deliberations at Carthage

¹ Instead of doing so Philip made a treaty with the Romans; below, xii. 14. For a previous effort of the king to form an alliance with Carthage cf. XXIII. xxxiii. f.

ad Laelium praedas ingentes ex agro inermi ac nudo
 praesidiis agentem Masinissa, fama Romanae classis
 8 excitus, cum equitibus paucis venit. Is segniter rem
 agi ab Scipione questus, quod non iam exercitum in
 Africam traiecisset, percussis Carthaginiensibus, Sy-
 phace impedito finitumis bellis; quem certum habere,
 si spatium ad sua ut velit componenda detur, nihil
 9 sincera fide cum Romanis acturum. Hortaretur,
 stimularet Scipionem ne cessaret; se, quamquam
 regno pulsus esset, cum haud contemnendis copiis
 adfuturum peditum equitumque. Nec ipsi Laelio
 morandum in Africa esse; classem credere pro-
 fectam a Carthagine, cum qua absente Scipione non
 satis tutum esset¹ contrahi certamen. V. Ab hoc
 sermone dimisso Masinissa Laelius postero die naves
 praeda onustas ab Hippone solvit, revectorumque in
 Siciliam mandata Masinissae Scipioni exposuit.

2 Eisdem ferme diebus naves quae ab Carthagine
 ad Magonem missae erant inter Albingaunos Ligures
 3 Genuamque accesserunt. In iis locis tum forte Mago
 tenebat classem; qui legatorum auditis verbis iuben-
 tium exercitus quam maximos comparare, extemplo
 Gallorum et Ligurum²—namque utriusque gentis
 4 ingens ibi multitudo erat—concilium habuit; et

¹ esset *N**(altern.)*HJK Aldus, Froben, Conway*: esse
P(1)N Eds.

² et Ligurum *A·N·HJK*: om. *P(1)N*.

¹ A different account, followed by Livy in xxxiii. 9, placed Masinissa, at the time of Laelius' landing, in the region of the Emporia, far away to the south-east (cf. xxv. 12 and note).

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



missum se ad eos vindicandos in libertatem ait et, ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo praesidia; sed quantis viribus, quanto exercitu id bellum geratur, in 5 eorum potestate esse. Duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria esse; satis scire Sp. Lucretium se cum M. Livio iuncturum; multa milia armanda esse ut duobus ducibus, duobus 6 exercitibus Romanis resistatur. Galli summam ad id suam voluntatem esse dicere; sed cum una castra Romana intra fines, altera in finitima terra Etruria prope in conspectu habeant, si palam fiat auxiliis adiutum ab sese¹ Poenum, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum suum incursuros. Ea ab Gallis desideraret quibus occulte adiuvari 7 posset: Liguribus, quod procul agro urbibusque eorum castra Romana sint, libera consilia esse; illos armare iuventutem et capessere pro parte bellum aequum esse. Ligures haud abnuere, tempus modo duorum mensum petere ad dilectus habendos. 8 Interim Mago milites Gallos, dimissis clam per agros eorum, mercede conducere; commeatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallicis populis 9 mittebantur. M. Livius exercitum volonum ex Etruria in Galliam traducit,² iunctusque Lucretio, si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat, si Poenus sub angulo Alpium

¹ ab sese *P(1)N Aldus*: ab (or a) se esse *A¹N¹HJK*.

² traducit *P(1)N Aldus, Froben*: traiecit *N¹HJK*.

¹ Cf. XXVIII. ix. 1 and note.

² Cf. *ibid.* xlvi. 12 f.; below, xiii. 4.

³ It was safe to assume that he would follow Hasdrubal's example in making for the Adriatic coast, to enter Italy at Ariminum. The shorter Riviera route was never practicable

them that he had been sent to restore their liberty, B.C. 205
 and that forces were being sent to him from home, as they themselves saw; but with what resources, with how large an army that war was to be waged depended upon themselves. There were two Roman armies, he said, one in Gaul,¹ the other in Etruria. He was sure that Spurius Lucretius would unite with Marcus Livius;² that many thousands must be armed for resistance to two generals, two Roman armies. The Gauls said that they were entirely willing to do so, but that since they had almost before their eyes one Roman camp within their borders and another in the neighbouring land of Etruria, if it should become known that they had aided the Carthaginian by furnishing auxiliaries, forthwith hostile armies would invade their territory from both directions. From Gauls he should require such support as could be given in secret. Ligurians were free to act, they said, since Roman camps were far from their land and their cities; it was right that *they* should arm their young men and take their proper share in the war. The Ligurians did not refuse, but simply asked for two months' time to hold levies. Meanwhile Mago by sending men secretly through their territory hired Gauls as soldiers. Supplies also of every kind were coming to him in secret from the Gallic nations. Marcus Livius led his army of slave-volunteers over from Etruria into Gaul and, having united with Lucretius, prepared to confront Mago, should he move out of Liguria towards the city;³ but should the Cartha-

until 109 B.C., when the Via Aurelia was extended to Pisae, Genua, and Vada Sabatia; Strabo V. i. 11; cf. Mommsen *C.I.L.* V. p. 885.

quietus se contineat, et ipse in eadem regione ¹ circa Ariminum Italiae praesidio futurus.

VI. Post reditum ex Africa C. Laeli et Scipione stimulatō Masinissae adhortationibus et militibus, praedam ex hostium terra cernentibus tota classe efferri, accensis ad traiciendum quam primum, intervenit maiori minor cogitatio Locros urbem recipiendi, quae sub defectionem Italiae desciverat et ipsa ad ² Poenos. Spes autem adfectandae eius rei ex minima re adfulsit. Latrociniis ² magis quam iusto bello in Bruttis gerebantur res, principio ab Numidis facto et Bruttis non societate magis Punica quam suo ³ ingenio congruentibus in eum morem; postremo Romani quoque milites iam ³ contagione quadam raptō gaudentes, quantum per duces licebat, excursiones in ⁴ hostium agros facere. Ab iis egressi quidam urbe Locrenses circumventi Regiumque abstracti fuerant. In eo captivorum numero fabri quidam fuere, adsueti forte ⁴ apud Poenos mercede opus in arce Locrorum ⁵ facere. Hi cogniti ab Locrensiū principibus, qui ⁵ pulsī ab adversa factione, quae Hannibali Locros ⁶ tradiderat, Regium se contulerant, cum cetera percunctantibus, ut mos est qui diu absunt, quae

¹ regione *P(1)N Aldus, Eds.*: statione *N^sHJK Froben 2, Conway.*

² Latrociniis, *before this quia Sp²N^s(altern.)*: quod *JK Aldus, Froben.*

³ milites iam *A^sN^s Aldus, Froben*: iam *P(1)N*: milites *HJK.*

⁴ forte *om. P(1)N.*

⁵ qui *P(3) Aldus*: *om. AN*: qui exsulabant Regii *SpA^sN^sHJK Froben 2, of which all but A^sN^s om.* Regium se contulerant (*P(1)N Aldus*).

¹ For the broader meaning of *angulus* = *recessus*, "remote region," cf. XXVIII. xii. 6; xlii. 18.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

domi agerentur exposuissent, spem fecerunt, si redempti ac remissi forent, arcem se iis tradituros; ibi se habitare, fidemque sibi rerum omnium inter
 7 Carthaginienses esse. Itaque, ut qui simul desiderio patriae angerentur, simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent, redemptis extemplo iis remissisque,
 8 cum ordinem agenda rei composuissent signaque quae procul edita observarent, ipsi ad Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exsulum erat, referentes ibi promissa captivorum cum spem ab
 9 effectu haud abhorrentem consuli fecissent, tribuni militum cum iis M. Sergius et P. Matienus missi iussique ab Regio tria milia militum Locros ducere; et Q. Pleminio propraetori scriptum ut rei agenda adesset.

10 Profecti ab Regio, scalas ad editam altitudinem arcis fabricatas portantes, media ferme nocte ex eo loco unde convenerat signum dedere proditoribus
 11 arcis; qui parati intentique et ipsi scalas ad id ipsum factas cum demisissent pluribusque simul locis scandentes accepissent, priusquam clamor oreretur, in vigiles Poenorum, ut in nullo tali metu sopitos,
 12 impetus est factus. Quorum gemitus primo morientium exauditus, deinde¹ subita consternatio ex somno et tumultus, cum causa ignoraretur, postremo

¹ deinde *J Froben* 2: dein *P²(3)R²HK Aldus* (*P* having dubita for subita).

¹ *I.e. legatus pro praetore*, representing Scipio. Cf. viii. 5; xvii. 10.

² Cf. XXVIII. v. 17 and note.

told them what was going on at home, and then B.C. 205 inspired the hope that, if ransomed and sent back, they would betray the citadel to them. It was there, they said, that they dwelt and among the Carthaginians were trusted in everything. Accordingly the leading men, being tormented by home-sickness and at the same time fired with a desire for vengeance on their enemies, at once ransomed the artisans and sent them back after agreeing upon a plan of action and signals for the display of which in the distance they should be on the watch. They themselves went to Scipio at Syracuse, with whom were some of the exiles. There they reported the promises of the captives and inspired in the consul a hope which gave good prospect of success. Consequently Marcus Sergius and Publius Matienus, tribunes of the soldiers, were sent with them and ordered to take three thousand soldiers from Regium to Locri. And a written order was sent to the proprætor¹ Quintus Pleminius to assist in carrying out the project.

Setting out from Regium, carrying ladders constructed for the height of the citadel as reported, about midnight they set a signal² for the betrayers of the citadel from the place agreed upon. These men were ready and alert, and after they on their part also had lowered ladders made for that very purpose and at several different places at the same time had admitted scaling parties, before any outcry could arise came the attack upon the Carthaginian guards, who in the absence of any such fear naturally were asleep. At first it was the groans of the dying indistinctly heard; then sudden terror on awaking, and confused action, since the reason was unknown; finally greater certainty as they awakened

13 certior res aliis excitantibus alios. Iamque ad arma
 pro se quisque vocabat: hostes in arce esse et caedi
 vigiles; oppressique forent Romani nequaquam
 numero pares, ni clamor ab iis qui extra arcem erant
 sublatus incertum unde accidisset, omnia vana augente
 14 nocturno tumultu, fecisset. Itaque velut plena iam ¹
 hostium arce territi Poeni omisso certamine in alteram
 arcem—duae sunt haud multum inter se distantes—
 15 confugiunt. Oppidani urbem habebant, victoribus
 praemium in medio positam; ex arcibus duabus
 16 proeliis cotidie levibus certabatur. Q. Pleminius
 Romano, Hamilcar Punico praesidio praeerat.
 Arcessentes ex propinquis locis subsidia copias
 17 augebant; ipse postremo veniebat Hannibal; nec
 sustinuissent Romani, nisi Locrensiū multitudo,
 exacerbata superbia atque avaritia Poenorum, ad
 Rōmanos inclinasset.

VII. Scipioni ² ut nuntiatum est in maiore dis-
 crimine Locris rem verti ipsumque Hannibalem adven-
 2 tare, ne praesidio ³ etiam periclitaretur, haud facili
 inde receptu, et ipse a Messana L. Scipione fratre in
 praesidio ibi relicto, cum primum aestu fretum
 inclinatum est, . . .⁴ naves mari secundo misit.

¹ iam *N*^s(*altern.*)*HJK Aldus, Froben*: nam *P*: *om.*
*P*²(1)*N*.

² Scipioni *P*(1)*N Aldus, Froben*: scipio *A*²*HJK Sigonius*.

³ praesidio *P*(1)*N*¹: praesidium *C*⁴*M*¹?*A*²?*JK Aldus, Froben*.

⁴ Here a numeral seems to have been omitted, *Weissenborn*
conj., Conway.

¹ *I.e.* the so-called “descending” tide, running south into
 the Ionian Sea; **XXIII.** xli. 11; *Strabo* I. iii. 11. This strait

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
549

3 Et ¹ Hannibal a Buloto amni—haud procul is ab
 urbe Locris abest—nuntio praemisso ut sui luce
 prima summa vi proelium cum Romanis ac Locrensi-
 bus consererent, dum ipse aversis omnibus in eum
 tumultum ab tergo urbem incautam adgrederetur,
 4 ubi luce coeptam invenit pugnam, ipse nec in arcem
 se includere, turba locum artum inpediturus, voluit,
 neque scalas quibus scanderet ² muros attulerat.²
 5 Sarcinis in acervum coniectis cum haud procul muris
 ad terrorem hostium aciem ostendisset, cum equitibus
 Numidis circumequitat ³ urbem, dum scalae quaeque
 alia ad oppugnandum opus erant parantur, ad visen-
 6 dum qua maxime parte adgrederetur. Progressus ad
 murum, scorpione icto qui proximus eum forte
 steterat, territus inde tam periculoso casu receptui
 canere cum iussisset, castra procul ab ictu teli
 7 communit. Classis Romana a Messana Locros ali-
 quot horis die ⁴ superante accessit; expositi omnes e
 navibus et ante occasum solis urbem ingressi sunt.
 8 Postero die coepta ex arce a Poenis pugna, et Han-
 nibal iam scalis aliisque omnibus ad oppugnationem
 paratis subibat muros, cum repente in eum nihil
 minus quam tale quicquam timentem patefacta porta
 9 erumpunt Romani. Ad ducentos, improvidos cum in-
 vasissent, occidunt; ceteros Hannibal, ut consulem

¹ Et *HJK Aldus, Froben*: om. *P(1)N*.

² Both verbs are plural in *HJK Froben* 2.

³ -equitat *P²(3)R²*: -equitabat *HJK Aldus, Froben, Luchs*: -equitib. at *P*.

⁴ die *C^z Gronovius*: dici or diei *P(1)N*: multo die *Weissenborn conj., Conway*: multa die *A^oHV¹JK Aldus, Froben*.

sent a messenger from the river Bulotus—it is not far B.C. 205 from the city of Locri—ordering his men to engage in battle with the Romans and Locrians with the utmost violence at daybreak, while, when all eyes were turned in the direction of that conflict, he should himself attack the city unawares from the rear. When he came upon the battle, already begun at daybreak, he did not wish to shut himself in the citadel, where he would have clogged a cramped space by his numbers, and on the other hand he had not brought ladders for scaling city walls. After making a pile of the soldiers' baggage and displaying his line of battle at no great distance from the walls to frighten the enemy, while ladders and other requisites for an assault were being prepared, he rode round the city with his Numidian horsemen, to discover just where to make the attack. He had approached the wall when a man who happened to stand nearest to him was struck by a missile from a scorpion. Frightened away by an occurrence so dangerous, he thereupon ordered the recall to be sounded and fortified a camp beyond the range of missiles. The Roman fleet sailing from Messana reached Locri while several hours of daylight remained. All were landed from the ships and before sunset they entered the city.

On the following day a battle was begun by the Carthaginians from their citadel, and Hannibal, having made ready the ladders and everything else for the assault, was coming close to the walls when suddenly the Romans opened a gate and sallied out against an enemy who feared anything but that. In making this surprise attack they slew about two hundred. As for the rest, Hannibal on

LIVY

A.U.C.
549

adesse sensit, in castra recipit,¹ nuntioque misso ad eos qui in arce erant ut sibimet ipsi consulerent, 10 nocte motis castris abiit. Et qui in arce erant, igni iniecto tectis quae tenebant, ut is tumultus hostem moraretur, agmen suorum fugae simili cursu ante noctem adsecuti sunt.

VIII. Scipio ut et arcem relictam ab hostibus et vacua vidit castra, vocatos ad contionem Locrenses 2 graviter ob defectionem incusavit; de auctoribus supplicium sumpsit bonaque eorum alterius factionis principibus ob egregiam fidem adversus Romanos 3 concessit. Publice nec dare nec eripere se quicquam Locrensibus dixit; Romam mitterent legatos; quam senatus aequum censuisset, eam fortunam 4 habituros. Illud satis scire, etsi male de populo Romano meriti essent, in meliore statu sub iratis Romanis futuros quam sub amicis Carthaginiensibus 5 fuerint. Ipse Pleminio legato praesidioque quod arcem ceperat ad tuendam urbem relicto, cum quibus venerat copiis Messanam traiecit.

6 Ita superbe et crudeliter habiti Locrenses ab Carthaginiensibus post defectionem ab Romanis fuerant ut modicas iniurias non aequo modo animo 7 pati sed prope libenti possent; verum enimvero tantum Pleminius Hamilcarem praesidii praefectum, tantum praesidiarii milites Romani Poenos scelere

¹ recipit *P(1)N Froben 2*: recepit *B²N^sHJK Aldus*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

atque avaritia superaverunt ut non armis, sed vitiis
8 videretur certari. Nihil omnium quae inopi invisas
opes potentioris ¹ faciunt praetermissum in oppidanos
est ab duce aut a militibus; in corpora ipsorum, in
liberos, ~~in coniuges infandae contumeliae editae.~~

9 Nam ² avaritia ne sacrorum quidem spoliatione
abstinuit; nec alia modo templa violata, sed Proser-
pinae etiam intacti omni aetate ³ thesauri, praeter-
quam quod a Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegii
10 sui manubias rettulit, spoliati dicebantur. Ergo
sicut ante regiae naves laceratae naufragiis nihil in
terram integri praeter sacram pecuniam deae quam
11 asportabant ⁴ extulerant,⁵ tum quoque alio genere
cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea
violatione templi furorem obiecit atque inter se
ducem in ducem, militem in militem rabie hostili
vertit.

IX. Summae rei Pleminius praeerat; militum pars
sub eo quam ipse ab Regio adduxerat,⁶ pars sub tri-
2 bunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo
Plemini miles fugiens sequentibus quorum erat, ob-
vius forte Sergio et Matieno tribunis militum fuit;
3 cui cum iussu tribunorum ademptum poculum esset,

¹ potentioris *JK Aldus, Froben*: -ores *P(1)NH*.

² Nam *P(1)N Aldus, Froben*: iam *Sp?A⁶HJK*.

³ aetate *P²(3)N Aldus, Froben*: ae *P*: aevo (or evo)
N⁶HJK.

⁴ asportabant (or -bat) *P(3)CA⁶N¹? Aldus*: -averant
Sp?HJK Froben 2.

⁵ extulerant (or -rat) *P(3)NCM²A⁶N⁶?HJK Aldus*: ex-
tulerunt *Sp. Froben 2*.

⁶ adduxerat *CA²NK Aldus, Froben*: ab- *P(3)SpHJ*.

The Romans

villainy and greed that they seemed to be competing B.C. 205
 not in arms but in vices. Of all the things that make

the power of the stronger odious to the helpless man not one was overlooked by commander and soldiers in dealing with the townspeople. Unutterable in-

cults were practised upon their own persons, upon

wives. It goes without
 did not refrain from de-

And not only were

it also the treasure-

untouched in every age

except that they were said to have been despoiled
 by Pyrrhus, who met with a signal punishment and
 restored the plunder gained by his sacrilege.²

Consequently, just as formerly the king's ships, battered and wrecked, had landed nothing intact but the goddess' sacred money which they were trying to carry away, so on this occasion also, with a different kind of disaster that same money visited insanity upon all who had shared in that desecration of the temple, and mutually turned commander against commander, soldier against soldier, with the frenzy of enemies.

IX. The chief command belonged to Pleminius. Part of the soldiers whom he had brought from Regium were under him, part under the tribunes. Having stolen a silver cup from the house of a citizen, a fleeing soldier of Pleminius was being pursued by the owners when he chanced to meet Sergius and Matienus, tribunes of the soldiers. By order of the tribunes the cup was taken away from the man.

¹ The chief divinity of Locri was Persephone, her famous temple and rich treasury being just outside the walls and to the north-west. Cf. xviii. 3.

² Cf. xviii. 4-6 and notes.

iurgium inde et clamor, pugna postremo orta inter
 Plemini milites tribunorumque, ut suis quisque op-
 portunus advenerat, multitudine simul ac tumultu cre-
 4 scente. Victi Plemini milites cum ad Pleminium, cru-
 orem ac volnera ostentantes, non sine vociferatione
 atque indignatione concurrissent, probra in eum
 ipsum iactata in iurgiis ref
 sese proripuit vocatosque
 5 expediri iubet. Dum
 enim militumque fide.
 tur, repente milites fe
 omnibus locis, velut adversus hostes ad arma con-
 6 clamatum esset, concurrerunt; et cum violata iam
 virgis corpora tribunorum vidissent, tum vero in
 multo inpotentiores subito rabiem accensi, sine
 respectu non maiestatis modo sed etiam humanitatis,
 in legatum impetum lictoribus prius indignum in
 7 modum mulcatis faciunt. Tum ² ipsum ab suis inter-
 ceptum et seclusum hostiliter lacerant et prope
 exsanguem naso auribusque mutilatis relinquunt.
 8 His Messanam nuntiatis Scipio post paucos dies
 Locros hexeri ³ advectus cum causam Plemini et
 tribunorum audisset, Pleminio noxa liberato relictoque
 in eiusdem loci praesidio, tribunis sontibus iudicatis
 et in vincla coniectis, ut Romam ad senatum mitte-

¹ fidem *Sp?HJK Froben 2: om. P(3):* auxilium (after verb) *M²?N Aldus.*

² Tum *Aldus, Froben: tunc P(1)NHJK.*

³ hexeri *SpJ Froben 2: hexere Madvig: hexerce P(3)N?: om. H Aldus.*

¹ Pleminius represents Scipio and has *imperium*.

² This rare type of vessel had been used in the First Punic War for the flag-ships of Regulus and Manlius; Polybius

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



rentur, Messanam atque inde Syracusas rediit.¹
 9 Pleminius impotens irae, neglectam ab Scipione et
 10 nimis leviter latam suam iniuriam ratus, nec quem-
 quam aestimare alium eam litem posse nisi qui
 atrocitatem² eius patiendo sensisset, tribunos adtrahi
 ad se iussit, laceratosque omnibus quae pati corpus
 ullum potest suppliciis interfecit, nec satiatus
 11 vivorum poena insepultos proiecit. Simili crudelitate
 et in Locrensiū principes est usus quos ad con-
 querendas iniurias ad P. Scipionem profectos audivit;
 12 et quae antea per lubricitatem atque avaritiam foeda
 exempla in socios ediderat, tunc ab ira multiplicata
 edere, infamiae atque invidiae non sibi modo sed
 etiam imperatori esse.

X. Iam comitiorum adpetebat tempus cum a P.
 Licinio consule litterae Romam allatae, se exercitum-
 que suum gravi morbo adffictari,³ nec sisti potuisse,
 ni eadem vis mali aut gravior etiam in hostes in-
 2 grisset; itaque, quoniam ipse venire ad comitia non
 posset, si ita patribus videretur, se Q. Caecilium Me-
 tellum dictatorem comitiorum causa dicturum. Exer-
 3 citum Q. Caecili dimitti e re publica esse; nam⁴ neque
 usum eius ullum in praesentia esse, cum Hannibal
 iam in hiberna suos receperit, et tanta incesserit in
 ea castra vis morbi ut, nisi mature dimittantur, nemo

¹ rediit *P(1)N Aldus*: redit *HJK Froben 2*.

² posse . . . atrocitatem *A¹N¹HJK Eds.*: om. *P(1)N*,
one line.

³ adffictari (or af-) *A²N²HJK Eds.*: adfectari (or af-)
P(1)N.

⁴ nam *P(1)NJK Eds.*: bracketed by Conway.

senate at Rome; whereupon he returned to Messana B.C. 205 and thence to Syracuse. Pleminius was beside himself with rage, thinking the wrong done to him had been overlooked by Scipio and treated as too trivial; also that no one else was capable of naming a penalty for the offence except a man who had known its barbarity by suffering. Accordingly he ordered the tribunes to be brought before him, and had them mangled by every torture which any human body can endure and then put to death. Not satisfied with a penalty paid by the living either, he threw them out unburied. The like cruelty was used by him against leading men of the Locrians who, he learned, had gone to Publius Scipio to complain of the outrages. Then in anger he multiplied the shameful acts which, prompted previously by lust and greed, he had perpetrated upon the allies, and brought infamy and odium not only upon himself but also upon his general.

X. The time for the elections was already at hand when a letter from Publius Licinius, the consul, reached Rome, reporting that he and his army were suffering from a serious malady, and that they could not have held out if an equally violent or even more serious disease had not been visited upon the enemy. Accordingly, since he was unable to come in person to the elections, he would name Quintus Caecilius Metellus dictator to hold the elections, if the senators approved. It was to the interest of the state, he said, that the army of Quintus Caecilius should be discharged; for at present his army had nothing to do, since Hannibal had already withdrawn his troops into winter quarters; and so violent a malady had befallen Caecilius' camp that, unless the troops were promptly disbanded, not one man, it

omnium superfuturus videatur. Ea consuli a patribus
 facienda ut e re publica fideque sua duceret permissa.
 4 Civitatem eo tempore repens religio invaserat
 invento carmine in libris Sibyllinis propter crebrius
 5 eo anno de caelo lapidatum inspectis, quandoque
 hostis alienigena terrae Italiae bellum intulisset, eum
 pelli Italia vincique posse, si mater Idaea a Pessinunte
 6 Romam advecta foret. Id carmen ab decemviris
 inventum eo magis patres movit, quod et legati qui
 donum Delphos portaverant referebant et sacrificanti-
 bus ipsis Pythio Apollini laeta exta¹ fuisse et res-
 ponsum oraculo editum maiorem multo victoriam
 quam cuius ex spoliis dona portarent adesse populo
 7 Romano. In eiusdem spei summam conferebant P.
 Scipionis velut praesagientem animum de fine belli,
 8 quod depoposcisset provinciam Africam. Itaque quo
 maturius fatis ominibus² oraculisque portendentis
 sese³ victoriae compotes fierent, id cogitare atque
 agitare,⁴ quae ratio transportandae Romam deae esset.

XI. Nullas dum in Asia socias civitates habebat
 populus Romanus; tamen memores Aesculapium

¹ laeta exta *A^s Eds.*: omnia laeta exta *N^sHJK Aldus, Froben*: laeta *P(1)N*: omnia laeta *Johnson, Conway*.

² ominibus *Rhenanus*: omnibus *P(1)NSpHJK Aldus*.

³ portendentis sese *Aldus, Froben*: -denti sese *P(1)NHJK*:
om. Sp, three or four lines (port- to trans-).

⁴ atque agitare *N^sHJK*: *om. P(1)N Aldus, Froben*.

¹ Kybele (Cybele), the Phrygian Mother of the Gods; Preller, *Griechische Mythologie* I⁴. 643 ff.; Roscher, *Lex.* II. i. 1638 ff., 1666 ff.; Catullus 63; Lucretius II. 600 ff.; Dio Cass. frag. 57. 61; Strabo XII. v. 3; Appian *Hann.* 56; Cicero *de Harusp. Resp.* 27 f. Ovid's imaginative account should be compared, *Fasti* IV. 247-348 (see Frazer's notes). Pessinus was near the border of Galatia (towards Phrygia), ca. 80 miles south-west of Ancyra (Ankara). Cf. xi. 7, note.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

quoque ex Graecia quondam hauddum ullo foedere
 2 sociata valetudinis populi causa arcessitum, tunc
 iam cum Attalo rege propter commune adversus
 Philippum bellum coeptam amicitiam esse, facturum
 3 eum quae posset populi Romani causa, legatos ad
 eum decernunt M. Valerium Laevinum, qui bis
 consul fuerat ac res in Graecia gesserat, M. Caecilium
 Metellum praetorium, Ser. Sulpicium¹ Galbam
 aedilicium, duos quaestorios, Cn. Tremelium Flaccum
 4 et M. Valerium Faltonem. Iis quinque naves
 quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani
 adirent eas terras ad quas concilianda maiestas
 5 nomini Romano esset decernunt. Legati Asiam
 petentes protinus Delphos cum escendissent, oracu-
 lum adierunt consulentes ad quod negotium domo
 missi essent, perficiendi eius quam sibi spem popu-
 6 loque Romano portenderet. Responsum esse ferunt
 per Attalum regem compotes eius fore quod peterent;
 cum Romam deam devexissent, tum curarent ut
 eam qui vir optimus Romae esset hospitio exciperet.²
 7 Pergamum ad regem venerunt. Is legatos comiter
 acceptos Pessinuntem in Phrygiam deduxit sacrumque

¹ Metellum . . . Sulpicium *N^oHJK*: *om. P(1)N*, two lines.

² exciperet *P(3)N*: *ac- JK Aldus, Froben*: *re- B*.

¹ Cf. XXX. xxiii. 5. One list of the consuls gives Laevinus a first consulship in 220 B.C.; Chronogr. an. 354 in *C.I.L.* I. p. 524. He may have been a *suffectus* in 208 B.C. (end of the year, both consuls being dead; XXVII. xxxiii. 7). In Livy a new man when elected in 211 B.C.; XXVI. xxii. 12.

² See XXVIII. xxx. 11 and note. Whatever may have been the arrangement of the oars on a quinquereme, it is clear that these larger vessels were meant to impress all who saw them with the *dignitas* of the Roman state.

time from Greece on account of an epidemic, while B.C. 205
 there was as yet no treaty of alliance; that at present on account of a joint war against Philip they had already entered into friendly relations with King Attalus. Thinking that he would do what he could for the sake of the Roman people, they decided to send ambassadors to him. These were Marcus Valerius Laevinus, who had been twice consul¹ and had held a command in Greece, Marcus Caecilius Metellus, an ex-praetor, Servius Sulpicius Galba, an ex-aedile, and two former quaestors, Gnaeus Tremellius Flaccus and Marcus Valerius Falto. For them they voted five quinqueremes,² that in keeping with the dignity of the Roman people they might visit lands where the highest respect for the Roman name was to be won. The ambassadors on the voyage to Asia made their way up to Delphi and consulted the oracle, enquiring what hope of accomplishing the task for which they had been sent from home it foresaw for themselves and the Roman people. The response, they say, was that they should gain what they sought with the help of King Attalus; that after conveying the goddess to Rome they were then to make sure that the best man at Rome should hospitably welcome her. They came to the king at Pergamum. He courteously received the ambassadors and, escorting them to Pessinus in Phrygia,³ presented them with the sacred stone⁴

³ The region was still held by the Gallic invaders, but the temple was favoured and adorned by the kings at Pergamum. That Attalus and the legati actually went to Pessinus, about 240 miles from his capital, is very unlikely.

⁴ Probably a meteorite, small enough to be used later as the face of her statue; Arnobius VII. 49; cf. VI. 11; Herodian I. 11, 1; Appian *Hann.* 56. Cp. p. 261, n. 2.

8 iis lapidem quam matrem deum esse incolae dicebant
tradidit ac deportare Romam iussit. Praemissus¹
ab legatis M. Valerius Falto nuntiavit deam adportari;
quaerendum virum optimum in civitate esse qui eam
rite hospitio acciperet.

9 Q. Caecilius Metellus dictator ab consule in
Bruttiis comitiorum causa dictus exercitusque eius
dimissus, magister equitum L. Veturius Philo.
10 Comitiam per dictatorem habita.² Consules facti M.
Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus
11 absens, cum provinciam Graeciam haberet. Praetores
inde creati Ti. Claudius Nero, M. Marcius Ralla,
L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitiam
perfectis³ dictator sese magistratu abdicavit.

12 Ludi Romani ter, plebei septiens instaurati. Cu-
rules erant aediles Cn. et L. Cornelii Lentuli; Lucius
Hispaniam provinciam habebat; absens creatus
13 absens eum honorem gessit. Ti. Claudius Asellus et
M. Iunius Pennus plebei aediles fuerunt. Aedem
Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus
dedicavit septimo decimo anno postquam a patre
eius primo consulatu vota in Gallia ad Clastidium
14 fuerat. Et flamen Martialis eo anno est mortuus M.
Aemilius Regillus.

XII. Neglectae eo biennio res in Graecia erant.
Itaque Philippus Aetolos desertos ab Romanis,⁴ cui

¹ Praemissus *P(3)C⁴JK(-sis CH)*: remissus *Sp? Rhenanus*.

² habita *here HJK Aldus, Froben*: before per *P(1)N*.

³ perfectis *HJK Froben 2*: peractis *P(1)N Aldus, Conway*.

⁴ Romanis *Sp?A⁴HJK Froben 2*: romano *P(1)N Aldus*.

¹ Cf. Vol. VI. p. 494, note; VII. p. 312 f., notes; Platner-Ashby, *Topogr. Dict.* 258 f. For the younger Marcellus cf. p. 288, n. 1.

² No abandonment has been previously mentioned, but neglect for many months would have the same effect.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



uni fidebant auxilio, quibus voluit condicionibus ad
 2 petendam et paciscendam subegit pacem. Quod nisi
 omni vi perficere maturasset, bellantem eum cum
 Aetolis P. Sempronius proconsul, successor imperii
 missus Sulpicio cum decem milibus peditum et mille
 equitibus ¹ et triginta quinque rostratis navibus, haud
 parvum momentum ad opem ferendam sociis, oppres-
 3 sisset. Vixdum pace facta nuntius regi venit Romanos
 Dyrrachium venisse, Parthinosque et propinquas
 gentes alias motas esse ad spem novandi res, Dimal-
 4 lumque oppugnari. Eo se averterant Romani ab
 Aetolorum quo missi erant ² auxilio, irati quod sine
 auctoritate sua adversus foedus cum rege pacem
 5 fecissent. Ea cum audisset Philippus, ne qui motus
 maior in finitimis gentibus populisque oreretur,
 magnis itineribus ³ Apolloniam contendit, quo
 Sempronius se receperat, misso Laetorio legato cum
 parte copiarum et quindecim navibus in Aetoliam
 ad visendas res pacemque, si posset, turbendam.
 6 Philippus agros Apolloniatium vastavit et ad urbem
 admotis copiis potestatem pugnae Romano fecit;
 7 quem postquam quietum muros tantummodo tueri
 vidit, nec satis fidens viribus ut urbem oppugnaret,

¹ decem . . . equitibus *A¹N¹HJK*: reduced by om. to dem militibus in *P*: little improved in *P²(1)N*.

² Eo se averterant . . . erant *A¹N¹HJK Aldus, Froben*: eos verterant *P(1)N*, two lines om.

³ populisque . . . itineribus *A¹N¹HJK Aldus, Froben*: om. *P(3)*, another om. of two lines.

¹ He had been censor (*XXVII. xi. 7*), and already proconsul in Greece before his consulship; cf. *XXVIII. xxxviii. 1*, note.

² On the Adriatic, location uncertain, but near the Parthini and Dyrrhachium (Durazzo). Cf. *XXXIII. xxxiv. 11*; *XLIII. xxi. 3*; Polybius *II. xi. 11*; *III. xviii. 1, 3*; *VII. ix. 13* (text of a treaty between Hannibal and Philip).

which they trusted, Philip compelled them to sue B.C. 205
 for peace and make a treaty on terms of his own
 choosing. Had he not used every effort to bring that
 about promptly, he would have been surprised while
 still making war upon the Aetolians by Publius
 Sempronius,¹ the proconsul, who with ten thousand
 infantry and a thousand cavalry and thirty-five war-
 ships had been sent as Sulpicius' successor in com-
 mand and was no small factor in bringing aid to the
 allies. Scarcely had peace been made when word
 came to the king that the Romans had arrived at
 Dyrrachium, and that the Parthini and other neigh-
 bouring tribes were aroused to the hope of revolution
 and that Dimallum² was besieged. To that place the
 Romans had turned aside from helping the Aetolians,
 to whom they had been sent. They were angry
 because without Roman consent and contrary to the
 treaty³ the Aetolians had made peace with the king.
4 Praetor legatique Locros profecti primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere: omnem enim sacram pecuniam quaeque apud Pleminium quaeque apud² milites erat conquistam, cum ea quam³ ipsi secum attulerant, in thesauris reposerunt ac piaculare sacrum fecerunt. Tum vocatos ad contionem milites praetor signa extra urbem efferre iubet castraque in campo locat cum gravi edicto, si quis miles aut in urbe restitisset aut secum extulisset

¹ sunt *A^sHJK Aldus, Froben : om. P(1)N.*

² Pleminium . . . apud *A^sN^sJK Eds. : om. P(1)N.*

³ cum ea quam *A^sN^sHJK Eds. : om. P(1)N.*

¹ Cf. xi. 13; XXVII. xxvi. 12; xxvii. 7. Consul in 196 B.C.; censor 189 B.C.; XXXIII. xxiv. 1; XXXVII. lviii. 2.

² Almost certainly a brother of Lucius, the historian (frequently mentioned in XXVI-XXVII). As tribune in this year he proposed the Lex Cincia to limit gifts; cf. Cicero *Cat. Mai.* 10. Livy fails to mention the law until XXXIV. iv. 9, in a speech of Cato as consul, 195 B.C.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.C.C.
550

quod suum non esset; ¹ Locrensibus se permittere
ut quod sui ² quisque cognosset prenderet, si quid non
6 compareret, repeteret.³ Ante omnia libera corpora
placere sine mora Locrensibus restitui; non levi
defunctorum poena qui non restituisset.

7 Locrensiū deinde contionem habuit atque iis
libertatem legesque suas populum Romanum sena-
tumque restituere dixit; si qui Pleminium aliumve
8 quem accusare vellet, Regium se sequeretur; si de
P. Scipione publice queri vellent ea quae Locris
nefarie in deos hominesque facta essent iussu aut
voluntate P. Scipionis facta esse, legatos mitterent
9 Messanam; ibi se cum consilio cognituros. Locren-
ses praetori legatisque, senatui ⁴ ac populo Romano
gratias egerunt; se ad Pleminium accusandum
10 ituros; Scipionem, quamquam parum iniuriis civi-
tatis suae doluerit, eum esse virum quem amicum
sibi quam inimicum malint esse; pro certo se habere
neque iussu neque voluntate P. Scipionis tot tam
nefanda commissa, sed aut Pleminio nimium, sibi ⁵
11 parum creditum, aut natura insitum quibusdam esse
ut magis peccari nolint quam satis animi ad vindicanda
peccata habeant.

Et praetori et consilio haud mediocre onus demp-

¹ quod . . . esset *A¹N¹HJK Aldus, Froben : om. P(1)N.*

² sui *P(3)C¹N : suum A¹?JK Aldus, Froben (H after quisque).*

³ repeteret *Ta²A¹N¹HJK Eds. : unde P(1)N : repetendum Gronovius : unde vellet, repeteret Madvig.*

⁴ senatui, *before this HJK Aldus, Froben have et (retained by Luchs, Riemann).*

⁵ sibi *Forchhammer : aut sibi P(1)NHJK.*

city or carry out with him what was not his own. B.C. 204
 In this he stated that he gave permission to the Locrians to seize any possession a man should recognize as his; and if anything was not produced he should demand its restitution. Above all, he said, he ruled that free persons should be restored to the Locrians without delay; that a heavy penalty would be paid by the man who did not restore them.

Thereupon he held an assembly of the Locrians and said that the Roman people and senate restored to them their independence and their own laws; that if anyone desired to bring charges against Pleminius or any other man, let him follow him to Regium. As regarded Publius Scipio, should they wish, he said, to make complaint in the name of their state, claiming that such wicked deeds as had been committed at Locri against gods and men had been done by command of Publius Scipio or with his consent, let them send envoys to Messana; there with his assessors he would conduct the inquiry. The Locrians thanked the praetor and his legati, the senate and the Roman people. They would go, they said, to prefer charges against Pleminius. As for Scipio, although he was not sufficiently pained by the wrongs done to their state, he was such a man as they would prefer to have as their friend rather than as an enemy. They had definitely ascertained that the many unspeakable crimes had not been committed either by order or consent of Publius Scipio; but either he had trusted Pleminius too much and themselves too little; or else for some men it was natural to disapprove of misdoing but to lack sufficient spirit to punish the misdeeds.

Both the praetor and his assessors were relieved of

LIVY

A.U.C. 12 tum erat de Scipione cognoscendi. Pleminium et ad
550 duo et triginta homines cum eo damnaverunt atque
13 in catenis Romam miserunt. Ipsi ad Scipionem
profecti sunt, ut ea quoque quae volgata sermonibus
erant de cultu ac desidia imperatoris solutaque
disciplina militiae comperta oculis referrent ¹ Romam.

XXII. Venientibus iis Syracusas Scipio res, non
verba ad purgandum sese paravit. Exercitum
omnem eo convenire, classem expediri iussit, tam-
quam dimicandum eo die terra marique cum Car-
2 thaginiensibus esset. Quo die venerunt hospitio
comiter acceptis,² postero die terrestrem navalemque
exercitum, non instructos modo, sed hos decurrentes,
classem in portu simulacrum et ipsam edentem navalis
3 pugnae ostendit; tum circa armamentaria et horrea
bellique alium apparatus³ visendum praetor lega-
4 tique ducti. Tantaque admiratio singularum uni-
versarumque rerum incussa ut satis crederent aut
illo duce atque exercitu vinci Carthaginensem
5 populum aut alio nullo⁴ posse, iuberentque, quod di-
bene verterent, traicere⁵ et spei conceptae quo die
illum omnes centuriae priorem consulem dixissent
primo quoque tempore compotem populum Romanum

¹ referrent (or -erent) *P(1)N Aldus*: per- *Sp?HK*: prae- *J.*

² acceptis *Ta²(apparently)P(1)N*: -cepti *N²?HJK Aldus*,
Froben.

³ horrea bellique alium apparatus *C²A¹N¹HJ Eds.*:
reduced in P(1)(A?) to horratum by om. of some twenty letters
(one line): horrea ad belli apparatus Mac'vig, Emend.
Conway would insert ad before armentaria, but does not so read.
Weissenborn³ assumed a lacuna before aliumque belli of Aldus,
Froben.

⁴ alio nullo *P(1)N Aldus*: nullo alio *HJK Froben 2.*

⁵ traicere *P(3)MHJK Aldus*: -rent *N*: -ret *Rhenanus,*
Froben 2.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.C.C.
550

6 facere; ¹ adeoque laetis inde animis profecti sunt, tamquam victoriam, non belli magnificentum apparatus nuntiaturi Romam essent.

7 Pleminius quique in eadem causa erant, postquam Romam est ventum, extemplo in carcerem conditi. Ac primo producti ad populum ab tribunis apud praeoccupatos Locrensi-um clade animos nullum
8 misericordiae locum habuerunt; postea cum saepius producerentur, iam senescente invidia molliiebantur irae, et ipsa deformitas Plemini memoriaque absentis
9 Scipionis favorem ad volgum conciliabat. Mortuus tamen prius in vinclis est quam iudicium de eo populi ² perficeretur.

10 Hunc Pleminium Clodius Licinus in libro tertio rerum Romanarum refert ludis votivis quos Romae Africanus iterum consul faciebat conatum per quosdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut effringendi ³ carceris fugiendique

¹ facere *MK Gronovius*: faceret *P(3)N Aldus, Froben*: -rent *A²N²?HJ*.

² populi *P(1)N Aldus*: om. *Sp?HJK Froben 2*.

³ effringendi · *Weissenborn*: re- *Luchs*: fringendi *P*: frangendi *P²(1)NJK*.

¹ A defendant charged with *perduellio* was brought before a *contio* in the Forum three times, not on successive days. At the close of the third *contio* the tribunes pronounced judgment, repeating their demand for a penalty or changing it in either direction: Then they announced a final hearing 28 days later

had named him consul first. So happy also were they B.C. 204 on leaving the city, it was if they were to carry to Rome the news of a victory, not of a magnificent preparation for war.

Pleminius and those who were involved in the same charge, upon their arrival in Rome, were at once put in the prison. And when first brought before the people by the tribunes, while men's minds were already filled with the sufferings of the Locrians, they found no room left for pity. Later, as they were brought out repeatedly,¹ men's anger was subsiding as animosity now waned, and even Pleminius' disfigurement and the memory of the absent Scipio won them support among the populace. He died, however, in prison before his trial in the assembly of the people could be completed.

Clodius Licinus² in the third book of his Roman History relates of this Pleminius that during the votive games which Africanus was conducting at Rome in his second consulship,³ he made an attempt, with the aid of certain men whom he had bribed, to set fire to the city in a number of places, in order to have a chance to break out of prison and escape;

(*quarta accusatio*). On that date the case would be finally decided by vote of the *comitia tributa* (if a fine was demanded), or of the *centuriata* (if a death penalty). Cf. XXVI. iii. 9 ff. (Vol. VII. pp. 13 ff. and notes p. 12); Mommsen, *Staatsrecht* III. 354 ff. Confinement was in the Carcer, § 7; cf. p. 296, n. 1.

² A younger contemporary of Livy, consul suffectus in A.D. 4. His history must have begun with the end of the Second Punic War. Cf. Suet. *de Gram.* 20. Rare in Livy is so precise a reference to any authority.

³ 194 B.C.; XXXIV. xliv. 6 ff., the same story under a different date and with omission of the source.

haberet occasionem; patefacto dein scelere delegatum¹ in Tullianum ex senatus consulto.

- 11 De Scipione nusquam nisi in senatu actum, ubi omnes legatque et tribuni, classem,² exercitum ducemque verbis extollentes, effecerunt³ ut senatus censeret primo quoque tempore in Africam traicien-
- 12 dum Scipionique permetteretur ut ex iis exercitibus qui in Sicilia essent ipse eligeret quos in Africam secum traiceret, quos provinciae relinqueret praesidio.

XXIII. Dum haec apud Romanos geruntur, Carthaginienses quoque, cum speculis per omnia promunturia positis percunctantes paventesque ad singulos nuntios sollicitam hiemem egissent, haud parvum et ipsi tuendae Africae momentum adiecerunt societatem Syphacis regis, cuius maxime fiducia traiecurum in Africam Romanum crediderant.⁴ Erat Hasdrubali Gisgonis filio non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est, cum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Hasdrubal convenerunt sed mentio quoque incohata adfinitatis, ut rex duceret filiam Hasdrubalis. Ad eam rem consummandam tempusque nuptiis statuendum—iam enim⁵

¹ delegatum *P(1)NJK(-lig-) Aldus, Froben: re- conj. Conway: deiectum Madvig.*

² classem, *after this P²(1)N Aldus have eam (meam P).*

³ effecerunt *A¹HJK: fecerunt P(1)N.*

⁴ crediderant *Ta²H: -runt P(1)N Aldus, Froben.*

⁵ enim *Sp²HJK Froben 2: enim et P(1)N Aldus.*

¹ The older underground chamber beneath the Carcer. Mere mention of it implies that Pleminius was executed there, as is explicitly stated *l.c.* xlv. 8. Cf. xix. 5; Val. Max. I. i. 21.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



nubilis erat virgo—profectus Hasdrubal ut accensum cupiditate—et sunt ante omnes barbaros Numidae effusi in Venerem—sensit, virginem a Carthagine
5 arcessit maturatque nuptias; et inter aliam gratulationem, ut publicum quoque foedus privato adiceretur, societas inter populum Carthaginiensem¹ regemque, data ultro citroque fide eosdem amicos inimicosque habituros, iure iurando adfirmatur.

6 Ceterum Hasdrubal, memor et cum Scipione in itae regi societatis et quam vana et mutabilia
7 barbarorum ingenia essent, veritus ne, si traiecisset in Africam Scipio, parvum vinculum eae nuptiae essent, dum accensum recenti amore Numidam habet, perpellit blanditiis quoque puellae adhibitis ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat per quos moneat eum ne prioribus suis promissis fretus in Africam
8 traiciat; se et nuptiis civis Carthaginiensis, filiae Hasdrubalis quem viderit apud se in hospitio, et publico etiam foedere cum populo Carthaginiensi iunctum
9 optare primum ut procul ab Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Carthaginiensibus gerant, ne sibi interesse certaminibus eorum armae aut haec aut illa, abnuentem alteram societatem, sequi
10 necesse sit; si non abstineat Africa Scipio et Carthagini exercitum admoveat, sibi necessarium fore et pro terra Africa, in qua et ipse sit genitus, et pro

¹ Carthaginiensem *C*¹*HJK* : -sum *C* : -sium *P*(1)*N*.

fired with passion—and more than all barbarians B.C. 204
 the Numidians are prone to sensuality—he summoned the maiden from Carthage and hastened the wedding. And in the midst of congratulations on other grounds, in order that a public compact might be added to the private, an alliance between the Carthaginian people and the king was cemented by an oath, while a pledge was given by both sides that they would have the same friends and enemies.

Hasdrubal, however, remembered not only the alliance with Scipio into which the king had entered, but also how naturally characterless and fickle are barbarians. He feared that if Scipio should cross over to Africa this marriage would be a slender bond. Consequently while the Numidian, fired by his new-found love, was in his power, with the help also of the young woman's allurements, Hasdrubal prevailed upon him to send ambassadors to Scipio in Sicily, and through these men he was to warn Scipio not to cross over to Africa in reliance upon his previous promises. They were to say that he was linked with the Carthaginian people both by his marriage to a citizen of Carthage, daughter of the Hasdrubal whom Scipio had seen received as a guest in his own house, and by a public treaty as well; that in the first place he wished that the Romans would carry on war with the Carthaginians, as they had done hitherto, far from Africa, making it unnecessary for him to be involved in their conflicts and to follow the arms of this side or that, rejecting alliance with the other side; that if Scipio did not keep away from Africa and moved his army up to Carthage, it would be necessary for him to fight both for the land of Africa, in which he too had

patria coniugis suae proque parente ac penatibus dimicare.

XXIV. Cum his ¹ mandatis ab rege legati ad Scipionem missi Syracusis eum convenerunt. Scipio quamquam magno momento rerum in Africa gerendarum magnaue spe destitutus erat, legatis propere, priusquam res volgaretur, remissis in Africam ³ litteras dat ad regem, quibus etiam atque etiam monet eum ne iura hospitii secum neu cum populo Romano in itae societatis neu fas, fidem, dexteras, deos testes atque arbitros conventorum fallat. ⁴ Ceterum quando neque celari adventus Numidarum poterat—vagati enim in urbe obversatique praetorio erant—et, si sileretur quid petentes venissent, periculum erat ne vera eo ipso quod celarentur sua sponte magis emanarent, timorque in exercitum incederet ² ne simul cum rege et Carthaginiensibus foret bellandum, avertit a vero falsis praeoccupando ⁵ mentes hominum, et vocatis ad contionem militibus non ultra esse cunctandum ait; instare ut in Africam quam primum traiciat socios reges. Masinissam prius ipsum ³ ad C. Laelium venisse querentem quod ⁶ cunctando tempus tereretur; nunc Syphacem mittere legatos idem admirantem, quae tam diuturnae morae

¹ his *CR*³*MBDANK* : hiis *J* : iis *PR*.

² incederet *P* (probably (1)*N*, not reported by Conway) : incideret *P*¹?*M*⁷*HJK Aldus, Froben* : insideret *Madvig* (with in exercitu from *P*).

³ prius ipsum *N*⁶*HJK Froben 2* : ipsum prius *P*(3)*N Aldus*.

¹ Formerly the palace of King Hiero II; Cicero in *Verr.* IV. 118; V. 80.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
550

sit causa postulantemque ¹ ut aut traiciatur tandem
 in Africam exercitus aut, si mutata consilia sint,
 certior fiat, ut et ipse ² sibi ac regno suo possit ³
 7 consulere. Itaque satis iam omnibus instructis
 apparatisque ⁴ et re iam non ultra recipiente
 cunctationem, in animo sibi esse, Lilybaeum classe
 traducta eodémque omnibus peditum equitumque
 copiis contractis, quae prima dies cursum navibus
 daret, deis bene iuvantibus in Africam traicere.
 8 Litteras ad M. Pomponium mittit ut, si ci videretur,
 Lilybaeum veniret, ut communiter consulerent quas
 potissimum legiones et ⁵ quantum militum numerum
 9 in Africam traiceret. Item circum oram omnem ⁶
 maritimam misit ut naves onerariae comprehensae
 Lilybaeum omnes contraherentur.
 10 Quidquid militum naviumque ⁷ in Sicilia erat cum
 Lilybaeum convenisset, et nec urbs multitudinem
 11 hominum neque portus naves caperet, tantus
 omnibus ardor erat in Africam traiciendi ut non ad
 bellum duci viderentur, sed ad certa victoriae prae-
 mia. Praecipue qui superabant ex Cannensi exercitu
 milites illo, non alio duce credebant navata rei pu-
 blicae opera finire se militiam ignominiosam posse.
 12 Et Scipio minime id genus militum aspernabatur, ut

¹ quae . . . postulantem- *om.* P(1)N, two lines supplied from A¹N¹HJK.

² ipse *om.* P(1)N.

³ possit P¹ and (*om.* suo)Sp[?]HJK Froben 2: posset P(1)N Aldus.

⁴ instructis apparatisque N¹HJK Aldus, Froben, Conway (*with* paratisque Weissenborn, Madvig): instructisque P(1)N.

⁵ et P(1)N² or N¹ Aldus: *om.* Sp[?]HJK Froben 2.

⁶ omnem *om.* P(1)N Aldus.

⁷ naviumque *om.* (1)N: P has only quae deleted.

demanding either that the army be at last trans-ported to Africa, or, if their plans had been changed, that he be informed, so that he on his part might take measures for himself and his kingdom. Accordingly, since now everything had been duly fitted out and made ready and the situation admitted of no further delay, Scipio said it was his intention to shift his fleet to Lilybaeum and concentrate there all his infantry and cavalry forces, then on the first day that offered a passage to his ships to cross over with the blessing of the gods to Africa. He sent a letter to Marcus Pomponius,¹ requesting him, if he approved, to come to Lilybaeum, so that they might jointly decide which particular legions to transport to Africa and how large a number of men. He likewise sent orders round the entire coastline to have all merchantmen pressed into the service and concentrated at Lilybaeum.

When all the soldiers and ships in Sicily had been brought together at Lilybaeum and the city could not contain the multitude of men nor the harbour the ships, such was the ardour of every man for the passage to Africa that it seemed as though they were being led, not to a war but to assured rewards of victory. Especially the soldiers who were left of the army at Cannae believed that under that general and no other, by active duty for the state they could bring their ignominious service to an end.² And Scipio did not in the least scorn soldiers of that kind,

¹ Cf. xx. 4, 8; xiii. 2, 6 : XXVIII. xlv. 12 (his mission to Delphi).

² Their appeals, such as that in XXV. vi. 2-23 (eight years before), had been of no avail. They saw no service as combat troops in Sicily, not even in the long siege of Syracuse.

qui neque ad Cannas ignavia eorum cladem acceptam
sciret neque ullos acque veteres milites in exercitu
Romano esse expertosque non variis proeliis modo
13 sed urbibus etiam oppugnandis. Quinta et sexta Can-
nenses erant legiones. Eas se traiecturum in Africam
cum dixisset, singulos milites inspexit, relictisque
quos non idoneos credebat, in locum eorum subiecit
14 quos secum ex Italia adduxerat, supplevitque ita eas
legiones ut singulae sena milia et ducentos pedites,
trecentos¹ haberent equites. Sociorum item Latini no-
minis pedites equitesque de exercitu Cannensi legit.

XXV. Quantum militum in Africam transporta-
tum sit non parvo numero inter auctores discrepat.
2 Alibi decem milia peditum, duo milia et ducentos
equites, alibi sedecim milia peditum, mille et sescentos²
equites, alibi parte plus dimidia rem auctam,
quinque et triginta milia peditum equitumque in
3 naves imposita invenio.³ Quidam non adiecere
numerum, inter quos me ipse in re dubia poni malim.
Coelius ut abstinet numero, ita ad inmensum multi-
4 tudinis speciem auget: volucres ad terram delapsas
clamore militum ait, tantamque⁴ multitudinem
conscendisse naves ut nemo mortalium aut in Italia
aut in Sicilia relinqui videretur.

¹ trecentos *Glareanus*: tricenos *P(1)N*: trecentos *P⁵*:
ccc *HJK*.

² sescentos (DC) *P(3)N Eds.*: quingenti (or -tos) *A⁵HJK*.

³ invenio z: om. *P(1)NJK*.

⁴ ait, tantamque *A⁵HJK*: aitque tantam *P(3)N* (*with*
atque *CAN*: ait atque *N⁵*).

¹ Here Scipio had personal knowledge, having been a tribune
of the soldiers at Cannae; *XXII. liii. 2*; *Val. Max. V. vi. 7*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
550

5 Milites ut naves ordine ac sine tumultu conscen-
derent, ipse eam sibi curam sumpsit; nauticos C.
Laelius, qui classis praefectus erat, in navibus,¹
6 ante conscendere coactos, continuit; commeatus
imponendi M. Pomponio praetori cura data: quinque
et quadraginta dierum cibaria, e quibus quindecim
7 dierum cocta, imposita. Ut omnes iam in navibus
erant, scaphas circummisit ut ex omnibus² navibus
gubernatoresque et magistri navium et bini milites
8 in forum convenirent ad imperia accipienda. Post-
quam convenerunt, primum ab iis quaesivit si aquam
hominibus iumentisque in totidem dies quot frumen-
9 tum imposuissent. Ubi responderunt³ aquam dierum
quinque et quadraginta in navibus esse, tum edixit
militibus ut silentium quieti, nautis sine certamine ad
ministeria exsequenda bene oboedientes, praestarent.
10 Cum viginti rostratis se ac L. Scipionem ab dextro
cornu, ab laevo totidem rostratas et C. Laelium
praefectum classis cum M. Porcio Catone—quaestor
11 is tum erat—onerariis futurum praesidio. Lumina in
navibus singula rostratae, bina onerariae haberent;
in praetoria nave insigne nocturnum trium luminum

¹ in navibus *P(1)N*: navibus *Sp?* *Froben* 2: et navibus
N^sH: in naves *A^s?JK* *Aldus*.

² omnibus *om.* *P(1)N*.

³ responderunt *P(3)HJK*: responsum est *AN* *Aldus*,
Froben.

That the soldiers should board the ships in good order and without confusion the general took upon himself. As for the crews, Gaius Laelius, who was admiral of the fleet, ordered them to go on board first, and kept them there. The duty of loading supplies was assigned to Marcus Pomponius, the praetor. Rations for forty-five days—of these cooked rations for fifteen days—were placed on board. When now they had all embarked, Scipio sent ships' boats round with orders that pilots and masters from all the ships and two soldiers from each should assemble before the headquarters to receive commands. When they were assembled he first asked them if they had put on board water for men and beasts for just as many days as they had grain. When they replied that there was water for forty-five days on board, he thereupon gave orders to the soldiers to remain quiet and ensure silence in proper obedience to the seamen and without interference, that these might perform their duties. With twenty war-ships, he said, he and Lucius Scipio¹ on the right wing would protect the transports; on the left wing the same number of war-ships and Gaius Laelius, admiral of the fleet, with Marcus Porcius Cato, who was at that time quaestor;² that war-ships should have one lantern for each ship, transports two for each; that on the flagship the designation at night

¹ He had been with his older brother in Spain (XXVIII. iii. 2 ff.; iv. 2 ff.; xvii. 1) and in Sicily (above, vii. 2); consul in 190 B.C. with Laelius; XXXVI. xlv. 9.

² His quaestorship in this year is attested by Cicero *Cat. Mai.* 10; *Brutus* 60; not in 205 B.C., as Nepos *Cato* i. 3. Plutarch has him return in protest from Sicily to Rome, iii. 7.

LIVY

- A.U.C. 12 fore. Emporia ut peterent gubernatoribus edixit;
550 fertilissimus ager coque abundans omnium copia rerum est regio, et inbelles, quod plerumque in uberi agro evenit, barbari sunt, priusque quam ab ¹ Carthagine subveniretur opprimi videbantur posse.
- 13 · Iis editis imperiis redire ad naves iussi et postero die deis bene iuvantibus signo dato solvere naves.

XXVI. Multae classes Romanae e Sicilia atque ipso illo portu profectae erant; ceterum non eo bello solum—nec id mirum; praedatum enim tantummodo pleraeque classes ierant—sed ne priore quidem ulla
2 profectio tanti spectaculi fuit; quamquam, si magnitudine classis ² aestimares, et ³ bini consules cum binis exercitibus ante traiecerant et prope totidem rostratae in illis classibus fuerant quot onerariis Scipio
3 tum traiciebat; nam praeter quadraginta longas naves quadringentis ferme onerariis exercitum travexit.
4 Sed et bellum bello secundum priori ⁴ ut atrocius

¹ ab *om.* *P(3)R^xN.*

² classis *P(1)N Aldus*: classes *Sp?A^sHJK Froben 2.*

³ aestimares, et *Sp(probably)A^sN^s*: extimares et *HJK*: es- (or aes-) timaret sed si *P (3)C⁴.*

⁴ priori *P(1)N*: priore *A^sHJK Conway.*

¹ Trading centres (*emporia*) along the western shore of the Gulf of Gabès (Syrtis Minor) gave this name to an entire region. It extended southward from Leptis Minor (100 miles from Carthage) and Thapsus. Cf. xxxiii. 9; XXXIV. lxii. 3; Polybius III. xxiii. 2; XXXI. xxi; Pliny *N.H.* V. 25. So public an announcement of a distant beachhead forces us to suspect that Scipio really intended to land near Utica, after misleading the enemy. Before the great convoy reached Africa spies could easily bring to Carthage news of the order. Cf. note on xxvii. 9; Gsell, *op. cit.* III. 213; Zielinski in *Riv. di storia antica* III. 74 f.

² But remoteness from Carthage would mean a greatly increased distance from Sicily, and on the long passage south-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Romanis videretur, cum quod in Italia bellabatur, tum ingentes strages tot exercituum simul caesis ducibus effecerant, et Scipio dux partim factis fortibus partim suapte fortuna quadam, ingenti ad incrementa gloriae re,¹ celebratus converterat animos, simul et mens ipsa traiciendi, nulli ante eo bello duci temptata, quod ad Hannibalem² detrahendum ex Italia transferendumque et finiendum in Africa bellum se transire volgaverat. Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba non habitantium modo Lilybaei, sed legationum omnium ex Sicilia, quae et ad prosequendum Scipionem officii causa convenerant et praetorem provinciae M. Pomponium secutae fuerant; ad hoc legiones quae in Sicilia relinquebantur ad prosequendos commilitones processerant; nec classis modo prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo navigantibus erat.

XXVII. Ubi illuxit, Scipio e praetoria nave silentio³ per praeconem facto "Divi divaque" inquit "qui⁴ maria terrasque colitis, vos precor quaesoque uti quae in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur,⁵ ea mihi, populo plebique Romanae, sociis nominique Latino qui populi Romani quique meam

¹ re inserted by Harant, Riemann (momento by M. Müller), to relieve a desperate situation in which ingenti would have to agree with fortuna. For ingenti ad (all MSS., but corrupt according to Conway) there are several unsatisfactory emendations.

² temptata . . . Hannibalem A¹N¹(marg.)HJK Aldus, Froben: om. (and de- also) P(1)N; temptata probably corrupt, Conway.

³ navigantibus erat . . . silentio A¹N¹HJK: om. P(1)N, probably three lines,

⁴ qui om. P(3).

than the first both by being carried on in Italy and B.C. 204
 by the immense losses which befell so many armies,
 with the death of their generals at the same time.
 Furthermore Scipio, whom men praised as a general
 partly because of his brave deeds, partly because of
 a good fortune peculiarly his own—a matter of the
 greatest importance to his growing celebrity—had
 commanded attention, as had also the very thought,
 not hazarded by any previous general in this war,
 of crossing the sea. For he had spread the report
 that he was making the passage in order to draw
 Hannibal out of Italy and, shifting its scene, to bring
 the war to an end in Africa. To see that sight there
 had flocked to the harbour a crowd made up, not only
 of all the inhabitants of Lilybaeum, but of all the
 delegations from Sicily which had arrived to show
 their respect as an escort to Scipio, and of those that
 had followed the praetor of the province, Marcus
 Pomponius. In addition the legions that were being
 left behind in Sicily had turned out to escort their
 fellow-soldiers. And not only was the fleet a spectacle
 for those who viewed it from the shore, but also the
 whole densely crowded shore on this side and that
 was a sight for those who were sailing.

XXVII. When the day dawned Scipio on his flag-
 ship, after silence had been secured by a herald,
 prayed: “Ye gods and goddesses who inhabit seas
 and lands, I pray and beseech you that whatever
 under my authority has been done, is being done, and
 shall henceforth be done, may prosper for me, for
 the Roman people and the commons, for allies and
 Latins who by land, by sea, and by rivers follow the

⁵ *postque gerentur A⁴H (-untur) JK Eds. : om. P(1)N.*

sectam, imperium auspiciūque terra mari amnibus-
 3 que¹ secuntur, bene verruncent, caque vos omnia bene
 iuuetis, bonis auctibus auxitis; salvos incolumesque
 victis perduellibus victores, spoliis decoratos, praeda
 onustos² triumphantesque mecum domos reduces si-
 4 statis; inimicorum hostiumque ulciscendorum copiam
 faxitis; quaeque populus Carthaginensis in civitatem
 nostram facere molitū est, ea ut mihi populoque
 Romano in civitatem Carthaginensium exempla
 edendi facultatem detis.”

5 Secundum has preces cruda exta caesa³ victima,
 uti mos est, in mare proiecit tubaque signum dedit
 6 proficiscendi. Vēto secundo⁴ vehementi satis
 profecti⁴ celeriter e conspectu terrae ablati sunt; et
 a meridie nebula ocepit⁵ ita vix ut concursus navium
 inter se vitarent; lenior ventus in alto factus.
 7 Noctem insequentem eadem caligo obtinuit; sole orto
 est discussa, et addita vis vento. Iam terram cerne-
 8 bant. Haud ita multo post gubernator Scipioni ait
 non plus quinque milia passuum Africam abesse;
 Mercuri promunturium se cernere; si iubeat co
 9 dirigi, iam in portu fore omnem classem. Scipio, ut in
 conspectu terra fuit, precatus deos⁶ uti bono rei

¹ amnibusque *P(1 except D, which om.) NHJK Conway (retaining the antique flavour suited to a formal prayer): amnibus rejected by Held, Madvig and most recent Eds.*

² praeda onustos *om. SpHJK.*

³ caesa *JK Aldus, Froben: cesam (with victimam) A·N·H: om. P(1)N.*

⁴ profecti *P(1)NHJK Eds.: provecti conj. Weissenborn; Conway.*

⁵ ocepit *PRSpJK: occeperat Aldus: accepit C: ex-B Eds.: cepit MAN.*

⁶ deos *om. P(1)N.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
550

publicae suoque Africam viderit,¹ dare vela et alium
 10 infra navibus accessum petere iubet. Vento eodem
 ferebantur; ceterum nebula sub idem ferme tempus
 quo pridie exorta conspectum terrae ademit, et ventus
 11 premente nebula cecidit. Nox deinde incertiora
 omnia fecit; itaque ancoras, ne aut inter se con-
 currerent naves aut terrae² inferrentur, iecere.
 12 Ubi inluxit, ventus idem coortus nebula disiecta
 aperuit omnia Africae litora. Scipio, quod esset
 proximum promunturium percunctatus, cum Pulchri
 promunturium id vocari audisset, "Placet omen"
 13 inquit; "huc dirigite naves." Eo classis decurrit,
 copiaeque omnes in terram expositae sunt.

Prosperam navigationem sine terrore ac tumultu
 fuisse permultis Graecis Latinisque auctoribus credidi.
 14 Coelius unus,³ praeterquam quod non mersas fluctibus
 naves, ceteros omnes caelestes maritimosque terrores,
 postremo abreptam tempestate ab Africa classem ad
 insulam Aegimurum inde aegre correctum cursum ex-

¹ viderit *P(1)N Eds.*: videret *A^sHJK*.

² inter se . . . aut terrae *N^sHJK* (and *A^s*, om. aut) interrae *P(3)*, om. 25 letters.

³ Coelius (or cael-) unus *M^sA^sHJK*: caecilius (or cec-) *P(1)N*.

¹ *I.e.* farther along the coast. Cf. Caesar *B.G.* IV. 36 *fin.* He meant *inside* the Bay (not towards the Emporia), there being no harbour on either side of the Cape. His order to the helmsmen (at Lilybaeum, xxv. 12) to steer for the Emporia was probably a ruse (cf. note there); or it merely named a rendezvous in case the convoy should be scattered. A complete change in his plan for the campaign could not be made suddenly.

² *I.e.* of Apollo, translating Polybius' τοῦ Καλοῦ ἀκροτήριον (III. xxii. 5), who in the same passage has τὸ Καλὸν ἀκροτήριον

blessing to the state and to himself, gave orders to B.C. 204
 make sail and to seek another landing-place for the
 ships farther down.¹ They were running before the
 same wind; but at about the same time as on the
 preceding day a fog appeared cutting off the sight
 of land, and under the weight of fog the wind dropped.
 Then night added to all their uncertainties; so they
 cast anchor, that the ships might not collide or drift
 onto the shore. When day dawned the same wind
 sprang up and by dispelling the fog revealed the
 whole African coast. Scipio inquired what the nearest
 promontory was, and upon being told it was called
 Cape of the Fair God,² he said "A welcome omen!
 steer your ships this way!" There the fleet came
 into port and all the troops were disembarked.³

That the passage was successful and free from
 alarm and disorder I have accepted on the authority
 of many Greek and Latin writers. Coelius⁴ alone
 describes all the terrors of weather and waves—
 everything short of saying that the ships were over-
 whelmed by the seas. He relates that finally the
 fleet was swept by the storm away from Africa to the
 island of Aegimurus,⁵ and that from there the proper

(xxiii. 1). Cf. *Apollinis*, XXX. xxiv. 8; Pliny *N.H. l.c.*; Mela I. 34; Ἀπολλώνιον, Dio Cass. (Zonaras) IX. xii. 3 and Strabo XVII. *l.c.* The modern name is Ras Sidi Ali el Mekki.
³ Inside the Cape, probably near modern Porto Farina, not far from Utica; Appian *Pun.* 13 *fin.*

⁴ Cf. xxv. 3. We may, however, suspect a slip of Livy's memory, or an error in verification of a source. See p. 316, n. 1.

⁵ North-west of the Prom. Mercurii (Hermaeum) and about 30 miles north-east of Carthage, now el Djamur (also called Zembra); XXX. xxiv. 9, 11 f.; Strabo II. v. 19 *fin.*; VI. ii. 11 *fin.* Pliny has two Aegimoeroe, V. 42.

A.U.C. 15 ponit, et prope obrutis navibus iniussu imperatoris
550 scaphis, haud secus quam naufragos, milites sine ar-
mis cum ingenti tumultu in terram evasisse.

XXVIII. Expositis copiis Romani castra in pro-
2 ximis tumulis metantur. Iam non in maritimos modo
agros conspectu primum classis, dein tumultu egre-
dientium in terram pavor terrorque pervenerat, sed
3 in ipsas urbes. Neque enim hominum modo turba,
mulierum puerorumque agminibus immixta, omnes
passim compleverat vias, sed pecora quoque prae se
agrestes agebant, ut relinqui subito Africam diceres.
4 Urbibus vero ipsis maiorem quam quem secum attu-
lerant terrorem inferebant; praecipue Carthagini¹
5 prope ut captae tumultus fuit. Nam post M. Atilium
Regulum et L. Manlium² consules, annis prope
quinquaginta, nullum Romanum exercitum viderant
praeter praedatorias classes, quibus escensiones in
6 agros maritimos³ factae erant, raptisque quae obvia
fors fecerat prius recursum semper ad naves quam
7 clamor agrestes conciret fuerat. Eo maior tum fuga
pavorque in urbe fuit. Et hercule neque exercitus
domi validus neque dux quem opponerent erat.
Hasdrubal Gisgonis filius genere, fama, divitiis, regia
tum etiam adfinitate longe primus civitatis erat;

¹ Carthagini *M*¹ or *M*²*A*¹*N*¹*HJK* Aldus, Froben: -nis
P(1)*M*²*N*.

² Regulum . . . Manlium *om.* *P*(1)*N*, supplied from
*A*¹*N*¹*HJK*.

³ maritimos *om.* *P*(1)*N*.

¹ This entire statement about storm and wreck is disproved by a fragment (41) of Coelius' Book VI preserved by Nonius *s.v. metari*, p. 199 L. The fragment unquestionably refers to this landing. Cf. H. Peter, *Hist. Rom. Rell.* I. 159; Gsell *op. cit.* 212.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

8 sed eum ab ipso ¹ illo Scipione aliquot proeliis fustum
 pulsumque in Hispania meminerant, nec magis
 ducem duci ² parem quam tumultuarium exercitum
 9 suum Romano exercitui esse. Itaque, velut si urbem
 extemplo adgressurus Scipio foret, ita conclamatum
 ad arma est, portaeque raptim clausae et armati in
 muris vigiliaeque et stationes dispositae, ac nocte
 10 insequenti vigilatum est. Postero die quingenti ³
 equites, speculatum ad mare turbandosque egre-
 dientes ex navibus missi, in stationes Romanorum
 11 inciderunt. Iam enim ⁴ Scipio, classe Uticam missa,
 ipse haud ita multum progressus a mari tumulos
 proximos ceperat; equites et in stationibus locis
 idoneis posuerat et per agros miserat praedatum.

XXIX. Hi cum Carthaginensi equitatu proelium
 cum commisissent, paucos in ipso certamine, plerosque
 fugientes persecuti, in quibus praefectum quoque
 2 Hannonem, nobilem iuvenem, occiderunt. Scipio non
 agros modo circa vastavit, sed urbem etiam proximam
 3 Afrorum satis opulentam cepit; ubi praeter cetera,
 quae extemplo in naves onerarias imposita missaque
 in Siciliam erant, octo milia liberorum servorumque
 capitum ⁵ sunt capta.

4 Laetissimus tamen Romanis ⁶ in principio rerum

¹ ipso *om.* P(1)N.

² duci A^sN^sHJK : *om.* P(1)N : duci credebant *Madvig, Emend.*

³ quingenti (*i.e.* d) A^sN^sHJK Aldus, Froben : *om.* (*after die*) P(1)N.

⁴ Iam enim A^sHJK Eds. : tamenim P : tamen P²(1)N.

⁵ capitum P(1)N Eds. : *om.* SpHJK.

⁶ Romanis A⁵ or A^vN^sHJK Aldus, Froben : omnis P(1)(C?)N : omnibus Gronovius.

¹ Cf. xxxiv. 14 ff., where this engagement may appear to be repeated with the same result for a commander of the same

of his relationship to a king. But they recalled that B.C. 204
 in a number of battles in Spain he had been routed
 and beaten by the self-same Scipio, and that the one
 general was no more a match for the other than was
 their own irregular army for the Roman army.
 Accordingly they sounded the alarm, as if Scipio
 were intending forthwith to attack the city. The
 gates were hastily closed also and armed men posted
 on the walls, sentries and outposts stationed, while
 the following night no one slept. Next day five
 hundred horsemen, sent to the coast to reconnoitre
 and to break up the disembarkation, encountered
 Roman outposts. For already Scipio, after sending
 the fleet towards Utica, had himself advanced not
 very far from the sea and taken the nearest heights.
 He had stationed cavalry on outpost duty in suitable
 positions and had sent others to plunder the
 countryside.

XXIX. These horsemen, having engaged in battle
 with the Carthaginian cavalry, slew a few in the
 actual engagement, many more as they pursued
 them in flight, among the number Hanno¹ also, the
 commander, a young man of rank. Scipio not only
 laid waste the farms all around but also captured the
 nearest city of the Africans, quite a prosperous place.
 There, in addition to the other spoils which had
 been at once loaded on transports and sent to Sicily,
 eight thousand free persons and slaves were taken
 captive.

What brought the greatest joy, however, to the
 Romans at the beginning of the campaign was the

¹ Same, a common name, however, at Carthage. But v. p. 343
 and notes.

gerendarum adventus fuit Masinissae; quem quidam cum ducentis haud amplius equitibus, plerique cum
5 duum milium equitatu tradunt venisse. Ceterum cum longe maximus omnium aetatis suae regum hic fuerit plurimumque rem Romanam iuverit, operae pretium videtur excedere paulum¹ ad enarrandum quam varia fortuna usus sit in amittendo recuperandoque paterno regno.

6 Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania pater ei moritur; Galae nomen erat. Regnum ad fratrem regis Oezalcen pergrandem natu—ita mos apud
7 Numidas est—pervenit. Haud multo post Oezalce quoque mortuo maior ex duobus filiis eius Capussa, puero admodum altero, paternum imperium accepit.
8 Ceterum cum magis iure gentis quam auctoritate inter suos aut viribus obtineret regnum, exstitit quidam Mazaetullus nomine, non alienus sanguine² regibus, familiae semper inimicae ac de imperio varia fortuna
9 cum iis qui tum obtinebant certantis. Is concitatis popularibus, apud quos invidia regum magnae auctoritatis erat, castris palam positis descendere regem in
10 aciem ac dimicare de regno coegit. In eo proelio Capussa cum multis principum cecidit. Gens Maesuliorum omnis in dicionem imperiumque Mazaetulli concessit. Regio tamen nomine abstinuit contentusque nomine modico tutoris puerum Lacumazen, qui stirpis regiae supererat, regem appellat.
12 Carthaginiensem nobilem feminam, sororis filiam

¹ paulum *P(1)N*: paululum *HJK AlWus, Froben.*

² sanguine, *N^s* or *N²HJK* have a sanguine.

¹ The long digression (4½ chapters) is probably from a lost portion of Polybius, who had a personal acquaintance with Masinissa; for in his IX. xxv. 4 a conversation with him is reported.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Hannibalis, quae proxime Oezalci regi nupta fuerat, matrimonio sibi iungit spe Carthaginensium societatis, et cum Syphace hospitium vetustum legatis missis renovat, omnia ea auxilia praeparans adversus Masinissam.

XXX. Et Masinissa, audita morte patrum, dein nece fratris patruelis, ex Hispania in Mauretanium —Baga ea tempestate rex Maurorum erat—traiecit. Ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quattuor milia Maurorum impetravit. Cum iis,¹ praemisso nuntio ad paternos suosque amicos, cum ad fines regni pervenisset, quingenti ferme Numidae ad eum convenerunt. Igitur Mauris inde, sicut convenerat, retro ad regem remissis, quamquam aliquanto minor spe multitudo nec cum qua tantam rem adgredi satis auderet convenerat,² ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid conlecturum, proficiscenti ad Syphacem Lacumazae regulo ad Thapsum occurrit. Trepidum agmen cum in urbem refugisset, et³ urbem Masinissa primo impetu capit et ex regiis alios tradentes se recipit,⁴ alios vim parantes occidit; pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad

¹ iis *PRM Aldus, Froben*: hiis *J*: his *CR²BDANHK*.

² convenerat *Alschefski, Madvig, Eds.*: -venera *P*: -venere *P²(3)*; -venire *AN*: -veniret (*but after multitudo*) *A²JK*; (*after auderet*) *Aldus, Froben*: om. *N²H*: *Conway considers it an intrusion.*

³ et om. *P(1)N Aldus, as also et in next line.*

⁴ recipit *P(1)N*: recepit *Sp(apparently)HJK Aldus.*

daughter of Hannibal's sister and lately wedded to B.C. 204
King Oezalces. He did so in the hope of an alliance with the Carthaginians, and with Syphax he renewed a guest-friendship of long standing, sending envoys for the purpose. All these advantages he was preparing against Masinissa.

XXX. And Masinissa having heard of the death of his uncle, and then that his cousin had fallen, crossed over from Spain into Mauretania, Baga being at that time king of the Mauri. From Baga with the most abject entreaties as a suppliant he obtained four thousand Mauri as an escort on his journey, being unable to obtain aid for the war. When with that escort, after first sending word to his father's friends and his own, he had reached the frontier of the kingdom, about five hundred Numidians joined him. Therefore from that point he sent back the Mauri to their king, as it had been agreed, and although the numbers that had joined him were considerably smaller than he had hoped for, and not such that he quite dared to attempt so great a venture with them, he thought that by vigorous action he would also gather up the forces needed for some success. Hence as Lacumazes, the prince, was on his way to Syphax, Masinissa encountered him near Thapsus.¹ When the frightened column had sought refuge in the city, Masinissa not only took the city by the first assault but received the surrender of some of the royal escort and slew others attempting resistance. The majority together with the boy himself in the midst of the commotion made

¹ Unknown; probably a corruption of the name. Not to be confused with the distant city famous for Julius Caesar's victory, on the coast south of Hadrumetum (Sousse).

A.U.C.
550

Syphacem, quo primum intenderant iter, pervenerunt.
 7 Fama huius modicae rei in principio rerum prospere
 actae convertit ad Masinissam Numidas, adflue-
 bantque undique ex agris vicisque veteres milites
 Galae et incitabant iuvenem ad recipendum
 paternum regnum.
 8 Numero militum aliquantum Mazaetullus supera-
 bat; nam et ipse eum exercitum quo Capussam
 vicerat et ex receptis post caedem regis aliquot
 9 habebat, et puer Lacumazes ab Syphace auxilia
 ingentia adduxerat. Quindecim milia peditum
 Mazaetullo, decem milia equitum erant, quibus cum
 Masinissa nequaquam tantum peditum equitumve¹
 habente acie conflixit. Vicit tamen et veterum mili-
 tum virtus et prudentia inter Romana et Punica
 10 arma exercitati ducis; regulus cum tutore et exigua
 Masaesuliorum manu in Carthaginensem agrum per-
 fugit. Ita recuperato regno paterno Masinissa, quia
 sibi adversus Syphacem² haud paulo maiorem restare
 dimicationem cernebat, optimum ratus cum fratre pa-
 11 truele gratiam reconciliare, missis qui et puero spem
 facerent, si in fidem Masinissae sese permisisset, fu-
 turum eum in eodem honore quo apud Galam Oezalces
 12 quondam fuisset, et³ Mazaetullo praeter inpuni-
 tatem sua omnia cum fide restitui sponderent, ambo
 13 praeoptantes exsilio modicam domi fortunam, omnia,

¹ -ve P(1)N Aldus: -que Sp?HJK Froben 2.

² adversus Syphacem P²(1)N Aldus: cum -ce Sp?HJK Froben 2.

³ et, after this P(1)NHJK have qui; but et qui does not balance missis qui et above: qui is rejected by most Editors, retained by Conway.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ne id fieret, Carthaginiensibus de industria agentibus, ad sese perduxit.

XXXI. Hasdrubal tum forte, cum haec gerebantur, apud Syphacem erat; qui Numidae, haud sane multum ad se pertinere credenti utrum penes Lacumazen an Masinissam regnum Maesuliorum esset, 2 falli eum magnopere ait, si Masinissam eisdem contentum fore quibus patrem Galam aut patruum eius Oezalcen credat: multo maiorem indolem in eo animi ingenique esse quam in ullo gentis eius um- 3 quam fuisset; saepe eum in Hispania rarae inter homines virtutis specimen dedisse sociis pariter hostibusque. Et Syphacem et Carthaginienses, nisi orientem illum ignem oppressissent, ingenti mox incendio, cum iam nullam opem ferre possent, arsuros; 4 adhuc teneras et fragiles vires eius esse, vixdum coalescens foventis regnum. Instando stimulandoque pervincit¹ ut exercitum ad fines Maesuliorum 5 admoveat atque in agro de quo saepe cum Gala non verbis modo disceptatum, sed etiam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie iuris sui, castra locet. Si quis arceat, quod² maxime opus sit, acie dimica- 6 turum; sin per metum agro cedatur, in medium regnum³ eundum. Aut sine certamine concessuros in dicionem eius Maesulios aut nequaquam pares futuros armis.

¹ pervincit *P(1)NH*; -vicit *JK Aldus, Froben.*

² quod *N^s or N²HJK Aldus, Froben*: id quod *x most Eds.*: ut quod *P(1)N.*

³ regnum *P(1)N Aldus, Eds.*: regni *SpN^sJK Froben 2, Conway.*

¹ For a previous visit, presumably at Siga (west of Oran), cf. XXVIII. xvii *fin.* and xviii.

them both over, although the Carthaginians purposely did everything to prevent it. B.C. 204

XXXI. Hasdrubal happened to be with Syphax¹ all the time that these events were in progress. And when the Numidian said he believed it was of no great importance to him whether the kingdom of the Maesulians was in the hands of Lacumazes or of Masinissa, Hasdrubal said he was very much mistaken if he believed that Masinissa would be content with what had satisfied his father Gala or his uncle Oezalces; that he had in him a far greater gift of spirit and talent than had ever been found in any man of his tribe; that often in Spain he had given allies and enemies alike evidence of a courage rare among men. He added that unless Syphax and the Carthaginians should put out that incipient flame, they would be consumed later by a mighty conflagration when they could no longer cope with it; that Masinissa's strength was still slight and frail, while he was nursing a kingdom whose wounds had barely begun to heal. By insisting and goading him on Hasdrubal brought him to the point of advancing his army to the frontier of the Maesulians and pitching his camp as though upon soil to which he was unquestionably entitled—land concerning which he had not only argued with Gala repeatedly but had contended also in arms. If anyone should try to drive him away he would fight a regular battle, which would be greatly to his advantage. But if Masinissa in fear should withdraw from that region they must advance into the interior of the kingdom. Either the Maesulians would submit without resistance to the rule of Syphax, or they would be no match for him in arms.

LIVY

A.U.C.
550

- 7 His vocibus incitatus Syphax Masinissae bellum
infert, et primo certamine Maesulios fundit fugatque.
Masinissa cum paucis equitibus ex acie in montem—
8 Bellum¹ incolae vocant—perfugit. Familiae aliquot
cum mapalibus pecoribusque suis—ea pecunia illis
est—persecuti² sunt regem; cetera Maesuliorum
9 multitudo in dicionem Syphacis concessit. Quem
ceperant exsules montem herbidus aquosusque est;
et quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque
carne ac lacte vescentium abunde sufficiebat alimentis.
10 Inde nocturnis primo ac furtivis incursionibus, deinde
aperto latrocinio infesta omnia circa esse; maxime
uri Carthaginensis ager, quia et plus praedae quam
11 inter Numidas et latrocinium tutius erat. Iamque
adeo licenter eludebant ut ad mare devectam praedam
venderent mercatoribus appellentibus naves ad id
ipsum, pluresque quam iusto saepe in bello Cartha-
ginienses³ caderent caperenturque.
12 Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginenses
infensumque et ipsum ad reliquias belli persequendas
instigabant. Sed vix regium videbatur latronem
vagum in montibus consectari; XXXII. Bucar ex
praefectis regis,⁴ vir acer et inpiger, ad id delectus.
Ei data quattuor milia peditum, duo equitum;

¹ Bellum *P(1)N*: balbum *HJK Aldus, Froben.*

² persecuti *P(3)SpHJ Froben 2*: pro- *AN Aldus.*

³ Carthaginenses *P(1)N Aldus*: -sium *Sp?A·HJK Froben 2.*

⁴ regis *P(1)NH*: regiis *JK Aldus, Froben.*

¹ No Mount Bellus is known.

² Thatched huts that were portable, often resembling an overturned ship, as Sallust describes them; *Jug.* xviii. 8.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
550

praemiorumque ingentium¹ spe oneratus, si caput
 Masinissae rettulisset aut vivum—id vero inaesti-
 2 mabile gaudium fore—cepisset. Palatos incurio-
 seque² agentes inprovise adortus, pecorum homi-
 numque ingenti multitudine a praesidio armatorum
 exclusa, Masinissam ipsum cum paucis in verticem
 3 montis compellit. Inde prope ut iam³ debellato, nec
 praeda modo pecorum hominumque captorum missa
 ad regem, sed copiis etiam, ut aliquanto maioribus
 4 quam pro reliquiis belli, remissis, cum quingentis⁴
 haud amplius peditibus ducentisque equitibus de-
 gressum iugis Masinissam persecutus in valle arta
 faucibus utrimque obsessis inclusit. Ibi⁵ ingens
 5 caedes Maesuliorum facta; Masinissa cum quin-
 quaginta haud amplius equitibus per anfractus
 6 montis ignotos sequentibus se eripuit. Tenuit tamen
 vestigia Bucar adeptusque eum patentibus prope
 Clupeam urbem campis ita circumvenit ut praeter
 quattuor equites omnes ad unum interfecerit.⁶
 Cum iis ipsum quoque Masinissam saucium prope e
 7 manibus inter tumultum amisit. In conspectu erant
 fugientes; ala equitum dispersa lato campo, quibus-
 dam, ut occurrerent, per obliqua tendentibus,
 8 quinque hostes sequebatur.⁷ Amnis ingens fugientes

¹ ingentium *Sp?A¹HJK Froben 2: -ti¹ PR² or R¹: -ti
 CMBDAN Aldus.*

² -que *Sp(apparently)C²HJK Aldus: si P(3): se AN: -que
 se CN².*

³ ut iam *HJK Aldus, Froben: iam ut P(1)N.*

⁴ quingentis *om. P(1)N (i.e. loss of d).*

⁵ Ibi *A¹HJK Froben: ubi P(1)N.*

⁶ interfecerit *Sp?HJK Froben 2: -ficeret P(1)N Aldus.*

⁷ sequebatur *P(1): -bantur C²NJK Aldus: frequenta-
 batur A¹H.*

was laden with immense rewards in anticipation, if B.C. 204 he should bring back the head of Masinissa, or—and this would be a joy beyond price—should capture him alive. While they were scattered and off their guard Bucar unexpectedly attacked them, and separating the great number of cattle and men from their armed escort, he drove Masinissa himself with a few of his men up to the top of the mountain. Then, just as though the war had been already finished, he sent not only the booty in cattle and captives to the king but returned his troops also, as much too many for the remainder of the war. With not more than five hundred foot-soldiers and two hundred horsemen he pursued Masinissa (who had come down from the heights), and penned him in a gorge with both entrances blocked. There a great slaughter of the Maesulians took place; but Masinissa with no more than fifty horsemen following him through the unknown recesses of the mountain made his escape. Bucar, however, kept on the trail and overtaking him in an open plain near the city of Clupea¹ so overwhelmed him that he slew every one of his horsemen except four. With these men, in the midst of the uproar he let the wounded Masinissa himself slip away when almost in his hands. The fugitives were in sight; a squadron of cavalry, scattering over the breadth of the plain, while some, in order to head them off, pushed on obliquely, was pursuing five enemies. A broad stream² was the refuge of the

¹ Unknown, the name perhaps confused with that of the city on Cap Bon (XXVII. xxix. 7), now Kelibia. The place meant here was probably in north-western Tunisia or north-eastern Algeria.

² Probably the Bagradas (Medjerda), as streams of size are rare in the region.

accepit—neque enim cunctanter, ut quos maior metus
 urgeret, immiserant equos—raptique gurgite¹ in
 9 obliquum praelati. Duobus in conspectu hostium in
 praerapidum gurgitem haustis, ipse perisse creditus
 ac duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris
 ripae emerferunt.² Is finis Bucari sequendi fuit, nec
 ingredi flumen auso nec habere credenti se iam quem
 10 sequeretur. Inde vanus auctor absumpti Masinissae
 ad regem rediit, missique qui Carthaginem gaudium
 ingens nuntiarent; totaque Africa fama mortis
 Masinissae repleta³ varie animos adfecit.

11 Masinissa in spelunca occulta cum herbis curaret
 volnus, duorum equitum latrocinio per dies aliquot
 12 vixit. Ubi primum ducta cicatrix, patique posse
 visus⁴ iactationem, audacia ingenti perguit ire ad
 regnum repetendum; atque in ipso itinere haud plus
 quadraginta⁵ equitibus conlectis cum in Maesulios
 13 palam iam quis esset ferens venisset, tantum motum
 cum favore pristino tum gaudio insperato, quod quem
 perisse crediderant incolumem cernebant, fecit ut
 intra paucos dies sex milia peditum armatorum,
 14 quattuor equitum ad eum convenirent,⁶ iamque⁷
 non in possessione modo paterni regni esset, sed
 etiam socios Carthaginensium populos Masaesu-
 liorumque fines—id Syphacis regnum erat—vastaret.

¹ gurgite *P(3)*: adding et *AN Aldus, Froben*: adding
 atque *H¹JK*.

² emerferunt *P(1)N Aldus*: tenuerunt (*om.* inter)
Sp?N¹HJK Froben 2.

³ repleta *P(1)NHJK Eds.*: perlata *Allen, Luchs*: repens
 allata *M. Müller*: *om. Crévier, Madvig*.

⁴ visus *SpA¹HJK Froben 2*: visa *P(1)N*: est visa *Aldus*.

⁵ quadraginta (*in numerals*) *P(1)N*: xxx *SpHJK*.

⁶ convenirent *P(1)N Aldus, Froben, Eds.*: confluerent
HJK Conway.

⁷ iamque *P(1)N Aldus*: atque *SpHJK Froben 2*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Inde inritato ad bellum Syphace, inter Cirtam Hipponemque in iugis opportunorum ad omnia montium consedit.

XXXIII. Maiorem igitur iam rem Syphax ratus quam ut per praefectos ageret, cum filio iuvene—nomen Vermina erat—parte exercitus missa imperat ut circumducto agmine in se intentum hostem ab
2 tergo invadat. Nocte profectus Vermina, qui ex occulto adgressurus erat; Syphax autem interdium aperto itinere, ut qui signis conlatis acie dimicaturus
3 esset, movit castra. Ubi tempus visum est quo pervenisse iam circummissi videri poterant, et ipse leni clivo ferente ad hostem, cum multitudine fretus tum praeparatis ab tergo insidiis, per adversum
4 montem erectam aciem ducit. Masinissa fiducia maxime loci, quo multo aequiore pugnaturus erat, et ipse dirigit suos. Atrox proelium et diu anceps fuit, loco et virtute militum Masinissam, multitudine
5 quae nimio maior erat Syphacem iuvante. Ea multitudo divisa, cum pars a fronte urgeret, pars ab tergo se circumfudisset, victoriam haud dubiam Syphaci dedit, et ne effugium quidem patebat hinc a fronte,
6 hinc ab tergo inclusis. Itaque ceteri pedites equitesque caesi aut capti;¹ ducentos ferme equites Masinissa circa se conglobatos divisosque turmatim in

¹ aut capti P(1)NJK Aldus : om. SpHx Froben 2.

¹ This was Syphax' capital; XXX. xii. 3 7 f. Given to Masinissa, *ibid.* xliv. 12. Formidably defended by great cliffs. Later it was the city of Fronto, teacher of Marcus Aurelius. Rebuilt by Constantine, whose name it still bears. Cf. Appian *Pun.* 27; Strabo XVII. iii. 13.

² *I.e.* Hippo Regius (Bône), not the Hippo meant on p. 218.

Syphax. Consequently, having provoked Syphax to war, he established himself between Cirta¹ and Hippo² on a mountain range that in every way was favourable. B.C. 204

XXXIII. Therefore Syphax, thinking the affair was now too serious to be conducted by his officers, sent a part of the army under his young son, Vermina by name, with orders to lead his column round and attack the rear of the enemy, whose eyes would be upon the king himself. Vermina, who was to make a secret attack, set out by night. But Syphax broke camp and marched by day along an open road, since he intended to engage in battle formation, standards against standards. When the interval seemed to be such that the flanking party might be thought to have reached their objective already, the king on his part, relying both on numbers and on the ambuscade prepared in the rear, led his line up along the face of the mountain over a gentle slope leading in the direction of the enemy. Masinissa also, relying chiefly upon the much more favourable ground on which he was to fight, led his men out into line. The battle was fierce and long indecisive, while position and the courage of his soldiers aided Masinissa and numbers that were far superior favoured Syphax. That great army in its two sections—since the one pressed the enemy hard in front, while the other had accomplished its flanking movement in the rear—gave no uncertain victory to Syphax; and there was not even a way of escape open to men enclosed both in front and in the rear. Accordingly the rest, infantry and cavalry, were slain or captured; but some two hundred horsemen were ordered by Masinissa to mass about him, divide into

tres partes erumpere iubet, loco praedicto in quem ex
 7 dissipata convenirent fuga. Ipse qua intenderat inter
 media tela hostium evasit; duae turmae haesere;
 altera metu dedita hosti, pertinacior¹ in repugnando
 8 telis obruta et confixa est. Verminam prope vestigiis
 instantem in alia atque alia flectendo itinera eludens,
 taedio et desperatione tandem fessum absistere
 sequendo coegit; ipse cum sexaginta equitibus ad
 9 minorem Syrtim pervenit. Ibi cum conscientia
 egregia saepe repetiti regni paterni inter Punica
 Emporia gentemque Garamantum omne tempus
 usque² ad C. Laeli classisque Romanae adventum in
 10 Africam consumpsit. Haec animum inclinant ut
 cum modico potius quam cum magno praesidio
 equitum ad Scipionem quoque postea venisse
 Masinissam credam; quippe illa regnanti³ multitudo,
 haec paucitas exulis fortunae conveniens est.

XXXIV. Carthaginienses ala equitum cum prae-
 fecto amissa, alio⁴ equitatu per novum dilectum com-
 parato, Hannonem Hamilcaris filium praeficiunt.
 2 Hasdrubalem subinde ac Syphacem per litteras
 nuntiosque, postremo etiam per legatos arcessunt;

¹ pertinacior *P(1)N*Sp(apparently) *Eds.*: after this Conway adds altera (before it Aldus, Froben: after repugnando *K*).

² Garamantum omne tempus usque *A^sN^sHJK* *Eds.*: *cm. P(1)N*.

³ regnanti *P(3)JK* Aldus, Froben: -ntis *AN* Gronovius.

⁴ alio *P(1)N*: alioque *HJK* Aldus, Froben.

¹ Cf. xxv. 12 and notes.

² Their land, south of modern Tripolitania, is now Fezzan, reaching back into the Sahara; Herodotus IV. 174, 183; Strabo II. v. 33; XVII. iii. 19, 23; Pliny *N.H.* V. 36; VI. 209; Mela I. 23, 45; Tacitus *Ann.* III. 74.

³ In agreement with Polybius XXI. xxi. 2.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Hasdrubalem opem ferre prope circumsessae patriae iubent; Syphacem orant ut Carthagini, ut¹ universae Africae subveniat. Ad Uticam tum castra Scipio mille ferme passus ab urbe habebat, translata a mari, ubi paucos dies stativa coniuncta classi fuerant. Hanno nequaquam satis valido non modo ad lacesendum hostem, sed ne ad tuendos quidem a populationibus agros equitatu accepto, id omnium primum egit ut per conquisitionem numerum² equitum augeret; nec aliarum gentium aspernatus, maxime tamen Numidas—id longe primum equitum in Africa est genus—conducit. Iam ad quattuor milia equitum habebat, cum Salaecam nomine urbem occupavit quindecim ferme milia ab Romanis castris. Quod ubi Scipioni relatum est, “Aestiva sub tectis³ equitatus!” inquit. “Sint vel plures, dum talem ducem habeant.” Eo minus sibi cessandum ratus, quo illi segnius rem agerent, Masinissam cum equitatu praemissum portis obequitare atque hostem ad pugnam elicere iubet; ubi omnis multitudo se effudisset graviorque iam in certamine esset quam ut facile sustineri posset, cederet⁴ paulatim; se in tempore pugnae obventurum.⁵ Tantum moratus quantum satis temporis praegresso visum ad elicien-

¹ ut *P(1)N*: et *N²HJK Aldus, Froben.*

² egit . . . numerum *A¹N¹HJK*: erum *P*: numerum *P¹* or *P²(1)N*.

³ tectis *P(1)N*: tectis agere *A¹N¹HJK Aldus, Froben.*

⁴ cederet *P(1)N Aldus*: cedere *Sp[?]N¹HJK Froben 2.*

⁵ obventurum *P(1)N*: venturum *HJK Aldus, Froben.*

¹ Evidently south-west of Utica and on the same long ridge. Not the same situation as that in xxxv. 7. Cf. Veith, *op. cit.* 579 f.

Hasdrubal bring aid to his native city, now almost B.C. 204 invested; they entreated Syphax to come to the rescue of Carthage, to the rescue of all Africa. Scipio at that time had his camp near Utica, about a mile from the city,¹ having shifted it from the sea-shore, where for a few days the camp had been established close to the fleet. Hanno, who had received a cavalry force not strong enough even to prevent the devastation of farms, to say nothing of attacking the enemy, made it his very first task to increase the number of his horsemen by recruiting. And though he did not reject men from other tribes, it was nevertheless especially Numidians that he hired, they being easily the foremost type of cavalry in Africa. Already he had about four thousand horsemen when he seized a city named Salaeca,² some fifteen miles from the Roman camp. When this was reported to Scipio, he said "Cavalry summering under roofs! Let them be even more numerous, provided they have that kind of a commander!" Thinking that the more spiritless they were the less must he delay, he sent Masinissa forward with cavalry, ordering him to ride up to the gates and draw the enemy out into battle. When the whole multitude should have sallied out and in battle should then prove too powerful for them to withstand easily, he was gradually to retire. He would himself come into the battle at the right moment. After delaying only long enough to give time, as it seemed, for Masinissa, who had preceded him, to draw out the enemy, Scipio followed with the

² Mentioned only here and xxxv. 4. Possibly Henchir el Bey, west-south-west of Utica. Appian names a large town called Locha; *Pun.* 15.

LIVY

A.U.C.
550

dos hostes, cum Romano equitatu secutus, tegentibus tumulis, qui peropportune ¹ circa viae flexus oppositi ² erant, occultus processit.

- 10 Masinissa ex composito nunc terrentis, nunc timentis modo aut ipsis obequitabat portis aut cedendo, cum timoris simulatio audaciam hosti
11 faceret, ad insequendum temere eliciebat. Nondum omnes egressi erant, varieque dux fatigabatur alios vino et somno graves arma capere et frenare equos cogendo, aliis, ne sparsi et inconditi sine ordine, sine signis omnibus portis excurrerent, obsistendo.
12 Primo ³ incaute se invehentes Masinissa excipiebat; mox plures simul conferti porta effusi aequaverant certamen; postremo iam omnis equitatus proelio
13 cum adesset, sustineri ultra nequiere. Non tamen effusa fuga Masinissa, sed cedendo sensim impetus eorum excipiebat,⁴ donec ad tumulos tegentes
14 Romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites et ipsi integris viribus et recentibus equis Hannoni Afrisque pugnando ac sequendo fessis se circumfudere; et Masinissa flexis subito equis in pugnam
15 rediit. Mille fere ⁵ qui primi agminis fuerant, quibus ⁶ haud facilis receptus fuit, cum ipso duce Hannone
16 interclusi atque interfecti sunt; ceteros, ducis praecipue territos caede, effuse fugientes per triginta milia passuum victores secuti ad duo praeterea milia

¹ peropportune, *Sp²H Froben 2 (om. per-)*.

² flexus oppositi *Sp²HJK Froben 2 (with suppositi AN Aldus): flexu suppositi P(3)*.

³ Primo *P(1)NHJK Eds.: primos Perizonius, Riemann*.

⁴ excipiebat *K Aldus, Froben, Eds.: ac- P(1)NHJK Alschefski, Conway*.

⁵ fere *P(3)B²N: ferme BSp(apparently)HJK Aldus*.

⁶ quibus *P(1)N Aldus: ut quibus SpA⁴HJK Froben 2*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C. 17 equitum aut ceperunt aut occiderunt. Inter eos satis
550 constabat non minus ducentos Carthaginiensium equites fuisse, et divitiis quosdam et genere inlustres.

XXXV. Eodem forte quo haec gesta sunt die naves quae praedam in Siciliam vexerant cum com-
2 repetendam sese venisse. Duos eodem nomine Carthaginiensium duces duobus equestribus proeliis interfectos non omnes auctores sunt, veriti, credo, ne falleret bis relata eadem res; Coelius quidem et Valerius captum etiam ¹ Hannonem tradunt.

3 Scipio praefectos equitesque, prout cuiusque opera fuerat,² ante³ omnes Masinissam insignibus donis
4 donat; et firmo praesidio Salaecae imposito ipse cum cetero exercitu profectus, non agris modo quacumque incedebat populatis, sed urbibus etiam quibusdam
5 vicisque expugnatis, late fuso terrore belli, septimo die quam profectus erat magnam vim hominum et pecoris et omnis generis praedae trahens in castra
6 dimittit. Inde omissis expeditionibus parvis popu-

¹ etiam *P(3)N Aldus*: om. *HJK Froben* 2.

² fuerat *P(3)JK*: fuerant *CANSpH*.

³ ante *P(1)N Eds.*: et ante *N¹HJK Aldus, Froben, Conway*.

⁴ in . . . gravesque *A¹N¹HJK Aldus, Froben*: -que *P(3)N, om. one line*.

⁵ hostilibus *P(3)R²N*: hostium *HJK Aldus, Froben*.

¹ Livy appears to have followed a lost part of Polybius. Two annalists only are mentioned (next sentence) who accepted but one encounter with cavalry commanded by a Hanno. Cf. Appian *l.c.* 14; Dio Cass. *l.c.* (= Zonaras IX. xii. 4 f.). These tell the story quite differently. Modern historians are divided, some insisting that one of the battles is a doublet, e.g. De Sanctis III. 2. 581 f.; *C.A.H.* VIII. 100, n. 2. Not so Gsell, *op. cit.* 216, n. 4; Neumann, *Das Zeitalter*

men. Among these it was well established that B.C. 204 there were not less than two hundred Carthaginian horsemen, some of them distinguished both for wealth and noble blood.

XXXV. On the same day on which these events took place the ships which had carried booty to Sicily happened to return with supplies, as though with a presentiment that they had come for booty a second time. Not all the historians vouch for the slaying of two Carthaginian commanders of the same name in two cavalry battles, fearing, I suppose, unwittingly to tell the same story twice.¹ Coelius and Valerius, to be sure, relate that Hanno too was captured.²

Scipio bestowed conspicuous rewards upon the commanders and the horsemen according to the service each had rendered, and above all on Masinissa. And having posted a strong garrison at Salaeca, he set out himself with the rest of the army. Laying waste not merely the farms wherever he went, but storming certain cities also and villages, while the alarm of the war was spread far and wide, on the seventh day after his departure he returned to camp bringing a great number of men and cattle and much booty of every kind; and again he sent away the ships loaded down with spoils of the enemy. Then, giving up small raids and petty pillaging, he applied

der punischen Kriege 522; Karstedt, *Gesch. der Karthager* III. 337 f., 545.

² This is the statement of Appian also and Dio Cass. (Zon.), who add (*ll. cc.*) that the prisoner was exchanged for Masinissa's own mother. So much detail seems to establish the historicity of the second engagement reported. As for the first (xxix. 1), something more than identity of a name (especially of a common name) is needed to stamp it as necessarily fictitious.

lationibusque ¹ ad oppugnandam Uticam omnes belli vires convertit, eam deinde, si cepisset, sedem ad
7 cetera exsequenda habiturus. Simul et a classe
navales socii, qua ex parte urbs mari adluitur, et ²
terrestris exercitus ab ³ imminente prope ipsis
8 moenibus tumulo est admotus. Tormenta machinas-
que et advexerat secum, et ex Sicilia missa cum
commeatu erant, et nova in armamentario, multis
talium operum artificibus de industria inclusis,
fiebant.

9 Uticensibus tanta undique mole circumsessis in
Carthaginensi populo, Carthaginensibus in Has-
drubale ita, si is movisset Syphacem, spes omnis erat;
sed desiderio indigentium auxilii tardius cuncta
10 movebantur. Hasdrubal intentissima conquisitione
cum ad triginta milia peditum, tria equitum con-
fecisset,⁴ non tamen ante adventum Syphacis
11 castra propius hostem movere est ausus. Syphax cum
quingenta milibus peditum, decem equitum ad-
venit, confestimque motis a Carthagine castris haud
procul Utica munitionibusque Romanis consedit.
12 Quorum adventus hoc tamen momenti fecit ut

¹ parvis populationibusque, *P(3)N om. all but -que, one line.*

² et, before this *P(1)NHJK* have a repeated simul, rejected by *Madvig, Emend.*, retained by *Conway*.

³ ab with abls. *SpHJK Froben 2, Luchs, Conway*: ad with accusatives *P(1)N Aldus, Madvig, Weissenborn³*.

⁴ confecisset *P(1)N Aldus*: ef. *SpN³H²JK Froben 2*.

¹ At the north-east end of a long ridge. Just beyond there was a small island on which lay the oldest quarter of the city, at least 200 years older than Carthage (cf. Gades, p. 141, n. 1). The Medjerda (Bagradas) has since changed its winding course far to the west, and coming within less than half a mile of the ridge, has brought down alluvial deposits so

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Scipio, cum quadraginta ferme dies nequiquam omnia
 experiens obsedisset Uticam, abscederet inde inrito
 13 incepto. Et—iam enim¹ hiems instabat—castra
 hiberna in promunturio, quod tenui iugo continenti
 adhaerens in aliquantum maris spatium extenditur,
 14 communit. Uno vallo et navalia² castra amplectitur;
 iugo medio legionum castris inpositis, latus³ ad
 septentrionem versum subductae naves navalesque
 socii tenebant, meridianam vallem ad alterum litus
 15 devexam equitatus.⁴ Haec in Africa usque ad
 extremum autumnii gesta.

XXXVI. Praeter convectum undique ex populatis
 circa agris frumentum commeatusque ex Sicilia atque
 Italia advectos, Cn. Octavius proprætor ex Sardinia
 ab Ti. Claudio prætore, cuius ea provincia erat, in-
 2 gentem vim frumenti advexit; horreaque non solum
 ea⁵ quae iam facta erant repleta, sed nova aedificata.
 Vestimenta exercitui deerant; id mandatum Octavio
 ut cum prætore ageret, si quid ex ea provincia com-
 3 parari ac mitti posset. Ea quoque haud segniter cu-
 rata res; mille ducentae togae brevi spatio et⁶ duo-
 decim milia tunicarum missa.

¹ Et iam (or etiam) enim *P(1)NHSp?*: iam enim *JK Froben 2*: etenim *Aldus*.

² navalia *Sp?HJK Froben 2, Eds.*: -lium *P(1)N Aldus*: navalia et *Gronovius, Malvig, Conway*.

³ latus *P(1)NHJK*: litus *Sp? Froben 2*: in litus *Aldus*.

⁴ devexam equitatus *Sp?A^sN^sHJK Froben 2*: om. *P(1)*, one line.

⁵ ea om. *P(1)N*.

⁶ et *P(3)R²N Aldus, Eds.*: om. *RHJK Froben 2, Conway*.

rate, that Scipio, after besieging Utica for about B.C. 204 forty days to no purpose in spite of all his attempts, retired from the place, having failed in his undertaking. And as winter was now at hand, he fortified a winter camp on a promontory which is connected with the mainland by a narrow ridge, but extends for a considerable distance into the sea.¹ By a single earthwork he enclosed the naval camp as well. The camp of the legions being placed on the middle of the ridge, its northern side was occupied by the beached ships and the men to man them, its southern slope, descending to the other shore, by the cavalry. Such were the events in Africa down to the end of autumn.

XXXVI. Besides the grain brought in on all sides from ravaged farms of the whole region and supplies transported from Sicily and Italy, Gnaeus Octavius, the proprætor, brought a large amount of grain sent from Sardinia by Tiberius Claudius, the prætor in charge of that province. And not only were the granaries filled which had been built already, but also new granaries were built. Clothing was insufficient for the army. Octavius was ordered to obtain from the prætor whatever could be assembled and sent from that province. This charge also was carried out without delay. Twelve hundred togas were sent in a short time and twelve thousand tunics.

¹ Caesar describes the site, still called *Castra Corneli(an)a* in his time and much later; *B.C.* II. xxiv; cf. Appian *B.C.* II. 44; Pliny *N.H.* V. 29; Ptolemy IV. 3. It was at the north-east end of a long ridge projecting into the sea (a cape Polybius calls it, XIV. vi. 7), and parallel to the ridge on which lay Utica, nearly two miles farther west, with a broad marsh between them. Caesar's text gives half the actual distance.

LIVY

A.U.C.
550

4 Aestate ea qua haec in Africa gesta sunt P.
Sempronius consul cui Bruttii provincia erat in agro
Crotoniensi cum Hannibale in ipso itinere tumultuario
proelio conflixit. Agminibus magis quam acie pugna-
5 tum est. Romani pulsi, et tumultu verius quam pugna
6 ad mille et ducenti de exercitu consulis interfecti; in
castra trepide reditum,¹ neque oppugnare tamen ea
hostes ausi. Ceterum silentio proximae noctis pro-
fectus inde consul, praemisso nuntio ad P. Licinium
proconsulem ut suas legiones admoveret, copias
7 coniunxit. Ita duo duces, duo exercitus ad Hanni-
balem redierunt; nec mora dimicandi facta ² est, cum
consuli duplicatae vires, Poeno recens victoria animos
8 faceret.³ In primam aciem suas legiones Sempronius
induxit; in subsidiis locatae P. Licinii legiones.
Consul principio pugnae aedem Fortunae Primi-
geniae vovit, si eo die hostes fudisset; composque
9 eius voti fuit. Fusi ac fugati Poeni; supra quattuor
milia armatorum caesa, paulo minus trecenti vivi
capti et ⁴ equi quadraginta ⁵ et undecim militaria
signa. Percussus adverso proelio Hannibal Crotonem
exercitum reduxit.⁶

10 Eodem tempore M. Cornelius consul in altera

¹ trepide reditum *P(1)N*: trepidi (-de *N**) rediere *N^oHJK Aldus, Froben.*

² facta *P(1)N*: facta est *N^oHJK Aldus, Froben.*

³ animos faceret *A⁵?(altern.)N^o(altern.)HJK Aldus, Froben, Eds. (with fecisset Madvig, Riemann): animo esset P(1)N.*

⁴ et *P(1)N Aldus: om. SpHJK Froben 2.*

⁵ quadraginta (numeral) *P(1)N*: quinquaginta *SpA^oHJK.*

⁶ reduxit *P(1)N Aldus: ab- Sp²HJK Froben 2.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

parte Italiae non tam armis quam iudiciorum terrore Etruriam continuit, totam ferme ad Magonem ac
 11 per eum ad spem novandi res versam. Eas quaes-
 tiones ex senatus consulto minime ambitiose habuit;
 multique nobiles Etrusci qui aut ipsi ierant aut
 miserant ad Magonem de populorum suorum de-
 12 fectione, primo praesentes erant condemnati, postea
 conscientia sibimet ipsi exilium consciscentes, cum
 absentes damnati essent, corporibus subtractis bona
 tantum quae publicari poterant pigneranda poenae
 praebebant.

XXXVII. Dum haec consules diversis regionibus agunt, censores interim Romae M. Livius et C. Claudius senatum recitaverunt. Princeps iterum lectus¹ Q. Fabius Maximus; notati septem, nemo tamen qui
 2 sella curuli sedisset. Sarta tecta acriter et cum summa fide exegerunt. Viam e foro bovario² ad Veneris circa foros publicos et aedem Matris Magnae
 3 in Palatio faciendam locaverunt. Vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt. Sextante sal et Romae et per totam Italiam erat. Romae pretio

¹ lectus *Sp²HJK Froben 2*: delectus *C²AN Aldus*: di-
P(3).

² bovario, *after this P(1)NJK Aldus add an impossible et, deleted by Madvig.*

¹ Begun in 206 B.C. under M. Livius Salinator for the punishment of Etruscan and Umbrian disloyalty; p. 43 *med.* Fugitives who escaped execution suffered confiscation of property (§ 12).

² Cf. XXVII. xi. 12.

³ The *nota* of the censors was a mark or stigma affixed (in the revised list of citizens) to the names of such men as had been degraded by the censors, who added the reason in each case. Cf. XXIV. xviii. 2 ff., esp. 9.

⁴ *I.e.* Venus Obsequens. Built 295 B.C., near the east end of the Circus Maximus, and on the side toward the Aventine;

the north of Italy held Etruria in check not so much B.C. 204 by arms as by the alarm produced by the trials,¹ while almost the whole land was inclined towards Mago and through him to the hope of a political change. In accordance with a decree of the senate he conducted these cases with no respect of persons. And at first many noble Etruscans who either had gone in person to Mago or had sent others to him reporting on the disloyalty of their communities, had appeared and had been condemned. Later on men who from a guilty conscience went into voluntary exile, on being condemned in absence, eluded bodily punishment, merely exposing their property instead to possible confiscation.¹

XXXVII. While the consuls were thus employed in opposite regions, the censors Marcus Livius and Gaius Claudius at Rome meanwhile publicly read the list of senators. Quintus Fabius Maximus was chosen *princeps* for the second time.² Seven men received their "mark,"³ but no one who had occupied a curule chair. Repairs to public buildings and their roofs they enforced strictly and with the greatest fidelity. They let the contract for the making of a street leading out of the Cattle Market, on both sides of the spectators' stands, as far as the Temple of Venus,⁴ also for the erection of a Temple of the Great Mother⁵ on the Palatine. They also established a new revenue from the yearly production of salt. Both at Rome and throughout Italy salt was then sold at one-sixth of an *as*. The censors let

X. xxxi. 9. The stands for spectators were of wood, as the upper tiers of the Circus always continued to be.

⁵ For thirteen years longer she was to remain in the Temple of Victory; cf. xiv. 14; XXXVI. xxxvi. 3 f.

eodem, pluris in foris et conciliabulis et alio alibi
4 pretio praebendum locaverunt. Id vectigal com-
mentum alterum ex censoribus satis credebant,
populo iratum, quod iniquo iudicio quondam damna-
tus esset, et ¹ in pretio salis maxime oneratas tribus
quarum opera damnatus erat.² Inde Salinatori ³
Livio inditum cognomen.

5 Lustrum conditum serius quia per provincias
dimiserunt censores, ut civium Romanorum in
exercitibus quantus ubique esset referretur numerus.
6 Censa cum iis ducenta quattuordecim ⁴ milia homi-
7 num. Condidit lustrum C. Claudius Nero. Duodecim
deinde coloniarum, quod numquam antea ⁵ factum
erat, deferentibus ipsarum coloniarum censoribus,
censum acceperunt, ut quantum numero militum,
quantum pecunia valerent in publicis tabulis monu-
8 menta exstarent. Equitum deinde census agi coeptus
est; et ambo forte censores equum publicum habe-
bant. Cum ad tribum Polliam ventum est,⁶ in qua M.

¹ et *HJK Eds.*: *om. P(1)N.*

² erat, *P(1)NHJK Eds. add credebant (repeated): rejected by Madvig, Conway.*

³ Salinatori *N² or N¹H¹JK*: *-tor P(1)N.*

⁴ quattuordecim *Conway (cf. ii. 17): decem quattuor P(1)N Eds. (cf. Periocha fin.): LXV SpA¹N¹HJK.*

⁵ antea *HJK Froben 2*: *ante P(1)N Aldus.*

⁶ est *P(1)NJK Eds.*: *esset Siesbye, Madvig, Conway: om. H.*

¹ On these petty localities v. Vol. VI. p. 356, n. 1. In the Lex Iulia municipalis (45 B.C.) they are repeatedly mentioned as the lowest grades of communities, inferior to *municipia*, *coloniae* and *praefecturae*, which are implied here in *alibi*, as we cannot believe that any towns however small escaped the higher price. In Rome alone was the previous "ceiling" continued.

² How to reconcile this statement with the status of Livius' own Maecia (§ 13) as one of the rustic tribes and hence bound to

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Livi nomen erat, et praeco cunctaretur citare ipsum.
 9 censorem, "Cita" inquit Nero "M. Livium"; et sive
 ex residua vetere similitudine sive intempestiva iacta-
 tione severitatis inflatus M. Livium, quia populi
 iudicio esset damnatus, equum vendere iussit.
 10 Item M. Livius, cum ad tribum Arniensem et nomen
 conlegae ventum est, vendere equum C. Claudium
 iussit duarum rerum causa, unius quod falsum
 adversus se testimonium dixisset, alterius quod non
 11 sincera fide secum in gratiam redisset. Aequum
 foedum certamen inquinandi famam alterius cura
 suae famae damno factum est exitu censurae.
 12 Cum in leges iurasset C. Claudius et in aerarium
 ascendisset, inter nomina eorum quos aerarios relin-
 13 quebat dedit conlegae nomen. Deinde M. Livius in
 aerarium venit et ² praeter Maeciam tribum, quae sine
 neque condemnasset neque condemnatum aut consu-
 lem aut censorem fecisset, populum Romanum
 omnem, quattuor et triginta tribus, aerarios reliquit
 14 quod et innocentem se condemnassent et condem-
 natum consulem et censorem fecissent, neque
 infitiamur possent aut iudicio semel aut comitiis bis a
 15 se peccatum esse: inter ³ quattuor et triginta tribus
 et C. Claudium aerarium fore; quod si exemplum

¹ Aequum N²(probably) Gronovius, Eds.: neque P(1)N
 neque ibi HN²? : itaque ibi A²JK Aldus, Froben.

² venit et N²HJK Aldus, Froben, Luchs: venit P(1)N
 Eds., Conway.

³ inter Aldus, Froben: in HJK: om. P(1)N.

¹ The horse had been bought out of an allowance (*aeque equestre*) from the state, but was not public property; Mommsen, *Staatsrecht* III. 256, n. 3.

² In the trial before the popular assembly; cf. Vol. VII p. 347 and note 1.

'Marcus Livius, and while the herald was hesitating B.C. 204
 to summon the censor himself, Nero said, "Summon Marcus Livius!" And whether as still nursing their ancient quarrel, or priding himself on an ill-timed display of strictness because he had been condemned by a verdict of the people, he ordered Marcus Livius to sell his horse.¹ Likewise Marcus Livius, when they had reached the Arniensis tribe and the name of his colleague, ordered Gaius Claudius to sell his horse for two reasons: one because he had given false testimony² against Livius, the other that he had not honestly been reconciled with him. Equally shameful at the close of their censorship was their contest in besmirching each the other's reputation to the detriment of his own. When Gaius Claudius had taken the oath that he had complied with the laws, upon going up into the Treasury and giving the names of those whom he was leaving as mere tax-payers,³ he gave the name of his colleague. Then Marcus Livius came into the Treasury, and except for the Maecia tribe, which had neither condemned him nor after his condemnation voted for him either for consul or for censor, he left the entire Roman people, thirty-four tribes, as mere tax-payers, alleging that they had both condemned him, an innocent man, and after his condemnation had made him consul and censor, and could not deny that they had erred either once in their verdict or twice in the elections. He said that among the thirty-four tribes Gaius Claudius also would be a mere tax-payer; and that if he had a precedent

³ Cf. Vol. VI. p. 231. Any action taken by a censor without approval of his colleague was void; Mommsen *op. cit.* II.³ 358; cf. *e.g.* XLV. xv. 8.

haberet bis eundem aerarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter aerarios fuisse relic-
 16 turum. Pravum certamen notarum inter censores;
 castigatio inconstantiae populi censoria et ¹ gravitate
 17 temporum illorum digna. In invidia censores cum
 essent, crescendi ex iis ratus esse occasionem Cn.
 Baebius tribunus plebis diem ad populum utrisque ²
 dixit. Ea res consensu patrum discussa est, ne postea
 obnoxia populari aerae censura esset.

XXXVIII. Eadem aestate in Bruttis Clampetia
 a consule vi capta, Consentia et Pandosia et ignobiles
 2 aliae civitates voluntate in dicionem venerunt. Et
 cum comitiorum iam adpeteret tempus, Cornelium
 potius ex Etruria, ubi nihil belli erat, Romam acciri
 3 placuit. Is consules Cn. Servilium Caepionem et C.
 4 Servilium ³ Geminum creavit. Inde praetoria comitia
 habita. Creati P. Cornelius Lentulus, P. Quinctilius
 5 Varus, P. Aelius Pactus, P. Villius Tappulus; hi
 duo cum aediles plebis essent, praetores creati sunt.
 Consul comitiis perfectis ad exercitum in Etruriam
 redit.

6 Sacerdotes eo anno mortui atque in locum eorum

¹ et *P(1)N* (after gravitate *JK*): *om. z Aldus, Froben 2.*

² utrisque *P(1)N Eds.*: utrique *H Aldus, Froben, Conway* (before ad *JK*).

³ Caepionem . . . Servilium *A^sN^sJK Eds.*: *om. P(1)N, one line.*

¹ Baebius Tamphilus reached the consulship in 182 B.C.; *XXXIX. lvi. 4.*

² Chief town of the Bruttii, modern Cosenza, captured by the Carthaginians in 216 B.C. It returned to the Romans in 213, but had changed sides once more; cf. *XXIII. xxx. 5; XXV. i. 2; XXX. xix. 10* (a repetition). Later an important

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
550

suffecti: Ti. Veturius Philo flamen Martialis in locum M. Aemili Regilli, qui priore anno mortuus erat, 7 creatus inauguratusque; in M. Pomponi Mathonis auguris et decemviri locum creati decemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus admodum adulescens, quod tum perrarum in mandandis 8 sacerdotiis erat. Quadrigae aureae eo anno in Capitolio positae ab aedilibus curulibus C. Livio et M. Servilio Gemino, et ludi Romani biduum instaurati, item per biduum plebei ab aedilibus P. Aelio, P. Villio; et Iovis epulum fuit ludorum causa.

¹ Immediately correcting the opening words of the paragraph. Cf. xi. 14 for Regillus' death in 205 B.C.

² Pomponius, probably praetor in 216 B.C., had held two priesthoods concurrently, as did Otacilius in XXVII. vi. 15.

BOOK XXIX. xxxviii. 6-8

in their places were: Tiberius Veturius Philo, B.O. 204 elected and installed flamen of Mars in place of Marcus Aemilius Regillus, who had died in the preceding year;¹ in succession to Marcus Pomponius Matho, augur and decemvir,² were elected Marcus Aurelius Cotta as decemvir, Tiberius Sempronius Gracchus as augur, being a mere youth, which was then a very unusual thing in the assignment of priesthoods. A gilded four-horse chariot was set up in that year on the Capitol by the curule aediles Gaius Livius and Marcus Servilius Geminus. And the Roman Games were repeated for two days, as were the Plebeian Games also for two days by the aediles Publius Aelius and Publius Villius; and on account of the festival there was a banquet for Jupiter.

LIBRI XXIX PERIOCHA

EX SICILIA C. LAELIUS in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportavit et mandata Masinissae Scipioni exposuit querentis quod nondum exercitum in Africam traiecisset. Bellum in Hispania finitum victore Romano quod Indibilis excitaverat; ipse in acie occisus, Mandonius exposcentibus Romanis a suis deditus. Magoni, qui Albingauni in Liguribus erat, ex Africa et militum ampla manus missa et pecuniae quibus auxilia conduceret, praeceptumque ut se Hannibali coniungeret. Scipio a Syracusis in Bruttios traiecit et Locros pulso Punico praesidio fugatoque Hannibale recepit. Pax cum Philippo facta est. Mater Idaea deportata est Romam a Pessinunte oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam esset. Tradita est autem Romanis per Attalum regem Asiae. Lapis erat quem matrem deum incolae dicebant. Excepit P. Scipio Nasica Cn. filius eius qui in Hispania perierat, vir optimus a senatu iudicatus, adulescens nondum quaestorius, quoniam ita responsum iubebat ut id numen ab optimo viro exciperetur consecrareturque. Locrenses legatos Romam miserunt qui de inpotentia¹ Plemini legati quererentur qui pecuniam Proserpinae sustulerat et liberos eorum ac coniuges stupraverat. In catenis Romam perductus in carcere est mortuus. Cum falsus rumor de P. Scipione

¹ inpotentia *Froben* : inpudentia *MSS.*

¹ Cf. pp. 283 (xix. 5) and 296, n. 1.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIBRI XXIX PERIOCHA

proconsule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tamquam ibi luxuriaretur, missis ob hoc legatis a senatu qui explorarent an ea vera essent, purgatus infamia Scipio in Africam permissu senatus traiecit. Syphax accepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis amicitiam quam cum Scipione iunxerat renuntiavit. Masinissa rex Massyliorum, dum pro Carthaginiensibus in Hispania militat, amisso patre Gala de regno exciderat. Quo per bellum saepe repetito aliquot proeliis a Syphace rege Numidarum victus in totum privatus est, et cum ducentis equitibus exsul Scipioni se iunxit et cum eo primo statim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu occidit. Scipio adventu Hasdrubalis et Syphacis, qui prope cum centum milibus armatorum venerant, ab obsidione Uticae depulsus hiberna communivit. Sempronius consul in agro Crotoniensi prospere adversus Hannibalem pugnavit. Inter censores M. Livium et Claudium Neronem notabilis discordia fuit. Nam et Claudius Livio collegae equum ademit, quod a populo damnatus actusque in exilium fuerat, et Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset et quod non bona fide secum in gratiam redisset. Idem omnes tribus extra unam aerarias reliquit, quod et innocentem se damnassent et posthac consulem censoremque fecissent. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCXIII.

SUMMARY OF BOOK XXIX

³ No further authority for this statement can be cited. Other sources vary so much that their statements are of no value: that Mago was still in Liguria after Zama (Appian

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

7 scrut—gesta, patre C. Servilio et C. Lutatio ¹ ex ser-
 vitute post sextum decimum annum receptis, qui ad
 8 vicum Tannetum a Boiis capti fuerant, hinc patre,
 hinc Catulo ² lateri circumdatis privato magis quam
 9 publico decore insignis Romam rediit. Latum ad po-
 pulum est ne C. Servilio fraudi esset quod patre, qui
 sella curuli sedisset, vivo, cum id ignoraret, tribunus
 plebis atque aedilis plebis fuisset contra quam sanc-
 tum legibus erat. Hac rogatione perlata in provin-
 ciam rediit.

10 Ad Cn. Servilium consulem, qui in Bruttis erat,
 Consentia, Aufugum, Bergae, Baesidiae, Ocriculum,
 Lymphaeum, Argentanum, Clamptia multique alii
 ignobiles populi, senescere Punicum bellum cernentes,
 11 defecere. Idem consul cum Hannibale in agro
 Crotoniensi acie confixit. Obscura eius pugnae
 fama est. Valerius Antias quinque milia hostium
 caesa ait; quae tanta res est ut aut impudenter ficta
 12 sit aut neglegenter praetermissa. Nihil certe ultra
 rei in Italia ab Hannibale gestum. Nam ad eum
 quoque legati ab Carthagine revocantes ³ in Africam,

¹ Lutatio, *Aldus, Froben add patruo.*

² Catulo *P(3)N*: patruo *N^oHVJK Aldus, Froben.*

³ revocantes *A⁶HVJK*: vocantes *P(3)N Aldus, Froben.*

¹ Son of the victor in 242, he had been consul in 220 B.C.; Zonaras VIII. xx. 10.

² They were seized, as Livy himself has it, near Mutina (Modena), but their Gallic captors were unsuccessfully pursued northwestward as far as Tannetum (half-way between Parma and Reggio Emilia). Cf. XXI. xxv. 3, 13; xxvi. 2; XXVII. xxi. 10; Polybius III. xl. 9–13.

³ He had held the praetorship; Polybius *l.c.* § 9.

country as well—rescued from slavery after fifteen B.C. 203 years his father Gaius Servilius and Gaius Lutatius,¹ who had been captured near the village of Tannetum² by the Boii. Upon that he returned to Rome escorted by his father on one side and Catulus on the other, gaining distinction for an act that was personal rather than official. A bill was brought before the people that it should not be a ground for charges against Gaius Servilius that while his father, who had occupied a curule chair,³ was still alive—a fact of which he was unaware—he had been tribune of the plebs and plebeian aedile, contrary to provisions of the laws.⁴ This bill became a law, whereupon he returned to his province.

As for Gnaeus Servilius, the consul, who was in the land of the Bruttii, Consentia,⁵ Aufugum, Bergae, Baesidia, Ocriculum, Lymphaeum, Argentanum, Clampetia and many other unimportant communities, came over to his side, seeing that the Punic war was failing. The same consul engaged in battle with Hannibal in the territory of Croton. The story of that battle is not clear. Valerius Antias⁶ says five thousand of the enemy were slain—a victory on such a scale as to have been either shamelessly fabricated or else carelessly passed over. What is certain is that nothing further was accomplished by Hannibal in Italy. For to him also came emissaries from Carthage to recall him to Africa just at the time, it

⁴ Cf. Vol. VII. p. 301, n. 1 for one explanation of this restriction placed upon patrician candidates who were under *patria potestas*. The purpose of the consul's return from his province was that his acts as a magistrate might be legalized.

⁵ See p. 357, n. 2 (for Clampetia also).

⁶ Cf. XXVIII. xlvi. 14 and note; XXIX. xxxv. 2; above, iii. 6; below, xxix, 7; xliii. 12 n.

iis forte diebus quibus ad Magonem venerunt. XX. Frenuens gemensque ac vix lacrimis temperans
2 dicitur legatorum verba audisse. Postquam edita
sunt mandata, "Iam non perplexe" inquit, "sed
palam revocant qui vetando supplementum et
3 pecuniam mitti iam pridem retrahebant.¹ Vicit ergo
Hannibalem non populus Romanus totiens caesus
fugatusque, sed senatus Carthaginiensis obtrecta-
4 tione atque invidia. Neque hac deformitate reditus
mei tam P. Scipio exsultabit atque efferet sese quam
Hanno, qui domum nostram, quando alia re non po-
tuit, ruina Carthagini oppressit."

5 Iam hoc ipsum praesagiens animo praeparaverat
ante naves. Itaque inutili militum turba praesidii
specie in oppida Bruttii agri quae pauca metu magis
quam fide continebantur dimissa, quod roboris in
6 exercitu erat in Africam transvexit, multis Italici
7 generis, quia² in Africam secuturos abnuentes
concesserant in Iunonis Laciniae delubrum inviolatum
ad eam diem, in templo ipso foede interfectis.
7 Raro quemquam alium patriam exsiliū causa relin-
quentem tam³ maestum abisse ferunt quam Hanni-
balem hostium terra excedentem. Respexisse
saepe Italiae litora, et deos hominesque accusantem

¹ retrahebant *H Aldus, Froben*: trahebant *P(3)N*: retrahunt *VJK*.

² quia *P(3)NHVJK*: qui *Madvig, Emend.*

³ tam *A^sHVJK*: om. *P(3)N*.

¹ Formerly leader of the opposition party; cf. XXI. iii. 2 ff.; x. 2-xi. 1; XXIII. xii. 6-xiii. 6 (216 B.C.). Still prominent according to Appian *Pun.* 34. At xliv. 5, if not at xlii. 12, another Hasdrubal (Haedus) has taken his place.

² Cf. p. 441, n. 3.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



8 in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum, quod
 non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam
 duxisset. Scipionem ire ad Carthaginem ausum, qui
 9 consul hostem Poenum in Italia non vidisset; se, cen-
 tum milibus armatorum ad Trasumennum, ad Cannas
 caesis, circa Casilinum Cumasque et Nolam conse-
 nuisse. Haec accusans querensque ex diutina posses-
 sione Italiae est detractus.

XXI. Romam per eosdem dies et Magonem et
 Hannibalem profectos adlatum est. Cuius duplicis
 gratulationis minuit laetitiam et quod parum duces in
 retinendis iis, cum id mandatum ab senatu esset, aut
 2 animi aut virium habuisse videbantur, et quod solli-
 citi erant, omni belli mole in unum exercitum ducem-
 3 que inclinata quo evasura esset res. Per eosdem dies
 legati Saguntini venerunt comprehensos cum pecunia
 adducentes Carthaginienses qui ad conducenda
 4 auxilia in Hispaniam traiecissent. Ducenta et
 quinquaginta auri, octingenta pondo argenti in
 5 vestibulo curiae posuerunt. Hominibus acceptis et
 in carcerem conditis, aurō argentoque reddito gratiae
 legatis actae, atque insuper munera data ac naves
 quibus in Hispaniam reverterentur.

6 Mentio deinde ab senioribus¹ facta est segnius
 homines bona quam mala sentire; transitu in Italiam

¹ senioribus *P(3)N Aldus, Froben*: senatoribus *N¹(alt.) HVJK*.

¹ Cf. XXII. li. 1-4; XXVI. vii. 3.

² Cf. Mago's summary in XXIII. xi. 8 f.

upon himself also and his own head because he had not led his soldiers blood-stained from the victory of Cannae to Rome.¹ Scipio had dared, he said, to approach Carthage—a man who in his consulship had not seen a Carthaginian enemy in Italy—whereas he himself, after a hundred thousand armed men² had been slain at Trasumennus, at Cannae, had grown old round Casilinum and Cumae and Nola. Such were his accusations and laments as he was dragged away from his long occupation of Italy.

XXI. At Rome the news of Mago's departure and that of Hannibal were received about the same time. Rejoicing over this two-fold ground for congratulation was tempered by two circumstances: that men thought the generals had lacked either the spirit or the strength to detain them, although this had been ordered by the senate; and that they were concerned for the outcome, now that the whole burden of the war came down upon one army and one commander. About the same time envoys arrived from Saguntum bringing Carthaginians alleged to have crossed over into Spain to hire auxiliaries, having been seized together with the money. They set down two hundred and fifty pounds of gold and eight hundred pounds of silver in the forecourt³ of the Senate House. After accepting the captives, remanding them to prison and returning the gold and silver, the senate thanked the envoys; and in addition presents were made to them and ships furnished for their return to Spain.

The older members thereupon observed that men are slower to recognize blessings than evils; that

³ For *vestibulum curiae* cf. I. xlviii. 1; II. xlviii. 10; xlix. 3; at Carthage, below, xxiv. 10.

LIVY

A.U.C.
551

Hannibalis quantum terroris pavorisque esset ¹ meminisse. Quas deinde clades, quos luctus incidisse! Visa castra hostium e muris urbis; quae vota singulorum universorumque fuisse! Quotiens in conciliis voces manus ad caelum porrigentium ² auditas, en umquam ille dies futurus esset quo vacuam hostibus Italiam bona pace florentem visuri essent! Dedissem tandem id deos ³ sexto decimo demum anno, nec esse qui deis grates agendas censeat; adeo ne advenientem quidem gratiam homines benigne accipere, nedum ut praeteritae satis memores sint. Conclamatum deinde ex omni parte curiae est uti referret P. Aelius praetor; decretumque ut quinque dies circa omnia pulvinaria supplicaretur, victumaeque maiores immolarentur centum viginti.

Iam dimisso Laelio legatisque Masinissae cum Carthaginensium legatos de pace ad senatum venientes Puteolis visos, inde terra venturos adlatum esset, revocari C. Laelium placuit, ut coram eo de pace ageretur. Q. Fulvius Gillo, legatus Scipionis, Carthaginenses Romam adduxit. Quibus vetitis ingredi urbem hospitium in Villa Publica, senatus ad aedem Bellonae datus est.

¹ esset *CM²A Madvig, Conway*: esse *PMBA²N Eds.*: sese *HVJ*.

² porrigentium *CMBANHVJK*: porgentium *P*.

³ tandem id deos *HVJK Froben 2*: id deos tandem *P(3).N*.

¹ On festal couches in temples cf. Vol. VI. p. 208, n. 1; VII. p. 217, n. 3; Book V. xiii. 6 (the first at Rome).

² This, taken from a different source, conflicts with xvii. 2.

³ Temple and Villa Publica were in the Campus Martius, near the Flaminian Circus; X. xix. 17; XXVI. xxi. 1;

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

XXII. Orationem eandem^m ferme quam apud Scipionem habuerunt, culpam omnem belli a publico
 2 consilio in Hannibalem vertentes: eum iniussu
 senatus non Alpes modo sed Hiberum quoque trans-
 gressum, nec Romanis solum sed ante etiam Sagun-
 3 tinis privato consilio bellum intulisse; senatui ac
 populo Carthaginensi, si quis vere aestimet, foedus
 4 ad eam diem inviolatum esse cum Romanis. Itaque
 nihil aliud sibi mandatum esse uti peterent quam ut
 in ea pace quae postremo cum C. Lutatio facta esset
 5 manere liceret. Cum more tradito¹ patribus potes-
 tatem interrogandi, si quis quid vellet, legatos
 praetor fecisset, senioresque qui foederibus inter-
 fuerant alia alii interrogarent, nec meminisse se²
 per aetatem—etenim omnes ferme iuvenes erant—
 6 dicerent legati, conclamatum ex omni parte curiae
 est Punica fraude electos qui veterem pacem repe-
 terent cuius ipsi non meminissent.

XXIII. Emotis deinde curia legatis sententiae
 interrogari coeptae. M. Livius C. Servilium consulem,
 qui propior esset, arcessendum, ut coram eo de pace
 2 ageretur, censebat; cum de re maiore quam quanta

¹ tradito, *P(3)NVJK add a, rejected by Eds.*

² se *VJK Aldus, Froben: om. P(3)N.*

¹ As in XXI. xix. 2 f. Livy connects the treaty of 241 B.C., ratified in the consulship of Quintus Lutatius Cerco, logically with the naval victory won by his brother Gaius Lutatius Catulus at the very end of his year of office (242). Polybius does the same, I. lxii. 7. Below, xlv. 1 is more exact. The brothers shared in the organization of this first province; Zonaras VIII. xvii. 7.

XXII. They made substantially the same plea B.C. 203 as they had done before Scipio, shifting all blame for the war from public responsibility to Hannibal: that he had crossed not merely the Alps but even the Ebro without orders from the senate, and on his own responsibility had waged war not only on the Romans but before that upon the Saguntines also. The senate and the Carthaginian people, they claimed, had a treaty with the Romans which in any fair judgment was to that day unbroken; consequently they had no other instructions than to beg permission to abide by the last peace-treaty, made with Gaius Lutatius.¹ When the praetor, following traditional practice, had given the senators permission to ask any question of the envoys if any one was so disposed, and older members, who had been present when action was taken on the treaties, were asking various questions, the envoys kept saying that on account of their age they did not remember—nearly all of them being young men. Upon that there were shouts from every part of the house that Punic trickery had led them to choose men who did not themselves remember it, to ask that the old treaty should be revived.

XXIII. Then after the envoys had been ushered out of the house,² opinions began to be called for. Marcus Livius³ moved that Gaius Servilius, the consul, being the nearer, should be summoned, in order that discussion of peace might be in his presence. Since there could be no more important

² *I.e.* the temple serving as a curia for this occasion.

³ Consul in 219 and 207 B.C., and lately censor (204 B.C.). Fabius Maximus, *princeps senatus*, was probably ill, or had already died; xxvi. 7.

ea ¹ esset consultatio incidere non posset, non videri
 sibi absente consulum altero ambobusve eam rem agi
 3 satis ex dignitate populi Romani esse. Q. Metellus,
 qui triennio ante consul dictatorque fuerat: cum P.
 Scipio caedendo exercitus, agros populando in eam
 necessitatem hostes compulisset ut supplices pacem
 4 peterent, et nemo omnium verius existumare posset,
 qua mente ea pax peteretur quam qui ² ante portas
 Carthagini bellum gereret, nullius alterius consilio
 quam Scipionis accipiendam abnuendamve pacem
 5 esse. M. Valerius Laevinus, qui bis consul fuerat,
 speculatores, non legatos venisse arguebat, iuben-
 dosque Italia excedere et custodes cum iis usque ad
 naves mittendos, Scipionique scribendum ne bellum
 6 remitteret. Laelius Fulviusque adiecerunt et
 Scipionem in eo positam habuisse spem pacis, si
 Hannibal et Mago ex Italia non ³ revocarentur;
 7 ceterum ⁴ omnia simulaturos Carthaginienses, duces
 eos exercitusque expectantes; deinde quamvis
 recentium foederum et deorum omnium oblitos
 8 bellum gesturos. Eo magis in Laevini sententiam
 discessum. Legati pace infecta ac prope sine re-
 sponso dimissi.

¹ ea *P(3)N*: om. *VJK Aldus, Froben*.

² qui *Alschefski, Eds.*: is qui *K Aldus, Froben*: eum qui *P(3)NJ*.

³ non *N²VJK Aldus, Froben*: om. *P(3)N*.

⁴ ceterum *N¹VJK Aldus, Froben*: om. *P(3)N*.

¹ Cf. p. 246, n. 1.

² This conflicts with Polybius' positive statement that the treaty was duly ratified at Rome, and that the three envoys

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
551

XXIV. Per eos dies Cn. Servilius consul, haud dubius quin pacatae Italiae penes se gloria esset, velut pulsum ab se Hannibalem persequens, in Sicilia, inde in ¹ Africam transiturus, traiecit. Quod ubi Romae volgatum est, primo censuerant patres ut praetor scriberet consuli senatum aequum censere in ³ Italiam reverti eum; dein, cum praetor spreterum eum litteras suas diceret, dictator ad id ipsum creatus P. Sulpicius pro iure [maioris imperii] consulem in ⁴ Italiam revocavit. Reliquum anni cum M. Servilio magistro equitum circumeundis Italiae ² urbibus quae bello alienatae fuerant noscendisque singularum causis consumpsit.

⁵ Per indutiarum tempus ex ³ Sardinia a P. Lentulo praetore centum onerariae naves cum commeatu viginti rostratarum praesidio, et ab hoste et ab tempestatibus mari tuto, in Africam transmiserunt. Cn. Octavio ducentis onerariis, triginta ⁴ longis navibus ex ⁷ Sicilia traicienti non eadem fortuna fuit. In conspectum ferme Africae prospero cursu evectum ⁵ primo destituit ventus, dein versus in Africum ⁸ turbavit ac passim naves disiecit. Ipse cum rostratis per adversos fluctus ingenti remigum labore enisus ⁹ Apollinis promunturium tenuit; onerariae pars

¹ inde in *JK Aldus, Froben*: inde et *P(3)N*.

² Italiae *P(3)N Aldus, Eds.*: in Italia *A^zJK Froben 2, Conway*: in italiam *V*.

³ ex *Madvig, Luchs, Conway*: et ex *P(3)NVJK*.

⁴ triginta (xxx) *P(3)N Aldus, Froben*: xx *VJK*.

⁵ evectum *A^vVJK*: vectum *P(3)N Aldus, Froben*.

¹ The city praetor Aelius Paetus (i. 9), presiding in the senate. But he lacked authority to give orders to a consul. Hence the resort to a dictator, whose *maius imperium* must be respected by the consul.

XXIV. About that time Gnaeus Servilius, the consul, who had no doubt that to him belonged the glory of giving peace to Italy, as if in pursuit of a Hannibal whom he had driven out himself, crossed over to Sicily, intending to cross from there to Africa. When this was noised abroad at Rome, at first the senators had voted that the praetor¹ should write to the consul that the senate thought it proper for him to return to Italy. Then, as the praetor said that Servilius would disregard his letter, Publius Sulpicius² was made dictator for that very purpose; and by virtue of his higher authority he recalled the consul to Italy. The rest of the year he spent with his master of the horse, Marcus Servilius,³ in making the rounds of such cities in Italy as had been estranged by the war and in hearing their cases one after another.

During the armistice a hundred transports sent from Sardinia by the praetor Publius Lentulus⁴ with supplies and convoyed by twenty war-ships crossed to Africa over a sea safe from the enemy and safe from storms. Gnaeus Octavius, crossing over from Sicily with two hundred transports and thirty war-ships, was not so fortunate. When he had almost come in sight of Africa after a favourable passage, the wind at first failed him; then shifting into a southwester, it damaged and scattered the ships far and wide. He himself with the war-ships battled against head seas by great efforts on the part of the oarsmen and reached the Promontory of Apollo.⁵ Most of the transports were carried to the island of

² Consul in 211 and 200 B.C.

³ Brother of the consul Gaius Servilius Geminus and himself consul in the following year; xxvi. 1; xxvii. 1.

⁴ Cf. i. 9; ii. 4; xxxvi. 2 f.

⁵ See p. 315, n. 2.

- maxima ad Aegimurum—insula ea ¹ sinum ab alto claudit in quo sita Carthago est, triginta ferme milia ab urbe—, aliae adversus urbem ipsam ad Calidas
 10 Aquas delatae sunt. Omnia in conspectu Carthaginis erant. Itaque ex tota urbe in forum concursum est; magistratus senatum vocare; populus in curiae vestibulo fremere ne tanta ex oculis manibusque
 11 amitteretur praeda. Cum quidam pacis petitae, alii indutiarum—necdum enim dies exierat—fidem opponerent, permixto ² paene senatus populique concilio consensus est ut classem ³ quinquaginta navium Hasdrubal Aegimurum traiceret, inde per litora portusque dispersas Romanas naves colligeret.
 12 Desertae fuga nautarum primum ab Aegimuro, deinde ab Aquis onerariae Carthaginem puppibus tractae sunt.

XXV. Nondum ab Roma reverterant legati,⁴ neque sciebatur quae senatus Romani de bello aut pace
 2 sententia esset, necdum indutiarum dies exierat; eo indigniorem iniuriam ratus Scipio ab iis qui petissent pacem et indutias et spem pacis et fidem indutiarum violatam esse, legatos Carthaginem L. Baebium, L. Sergium, L. Fabium extemplo misit.

¹ insula ea *P(3)N?JK Eds.*: insulam ea *A?N²? Aldus, Froben, Conway* (with dash before ea): -lam eam *V*.

² permixto, preceded by postremo *V Aldus, Froben*.

³ classem *P(3)N*: classe *VJK Aldus, Froben*.

⁴ ab Roma reverterant legati *PCM⁷B^z*: reverterant ab Roma legati *AN Aldus, Froben*.

¹ Zembra (Djamur); cf. p. 315, n. 5.

² Across the bay from Carthage and to the south-east (near Carpis), now Hammam Kourbes. The hot springs are mentioned by Strabo XVII. iii. 16, and the Tabula

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

3 Qui cum multitudinis concursu prope violati essent
 nec reditum tutiorem futurum cernerent, petierunt
 a magistratibus quorum auxilio vis prohibita erat ut
 4 naves mitterent quae se prosequerentur. Datae
 triremes duae cum ad Bagradam flumen pervenissent,
 unde castra Romana conspiciebantur, Carthaginem
 5 rediere. Classis Punica ad Uticam stationem habebat.
 Ex ea tres quadriremes, seu clam misso a Carthagine
 nuntio ut id fieret, seu Hasdrubale, qui classi praeerat,
 6 sine publica fraude auso facinus, quinqueremem
 Romanam superantem promunturium ex alto repente
 adgressae sunt. Sed neque rostro ferire celeritate
 subterlabentem ¹ poterant, neque transilire armati ex
 humilioribus in altiore navem, et defendebatur
 7 egregie, quoad tela suppeditarunt. Quis deficientibus
 iam nulla alia res eam quam propinquitas terrae
 multitudoque a castris in litus effusa tueri potuit.²
 8 Concitatam enim remis quanto maximo impetu
 poterant in terram cum immisissent, navis tantum
 iactura facta, incolumes ipsi evaserunt.
 9 Ita alio super aliud scelere cum haud dubie
 indutiae ruptae essent, Laelius Fulviusque ab Roma
 10 cum legatis Carthaginensibus supervenerunt. Qui-

¹ subterlabentem *N³VJK Aldus, Froben*: super- *P(3)N*:
 sua prae- *Weissenborn*: sua praeter- *M. Müller*.

² potuit *Drakenborch*: potuisset *P(3)NVJK Aldus,*
Froben.

¹ Now the Medjerda, principal river of Tunisia, 300 miles long but not navigable. See p. 344, n. 1 for the great changes in its lower course as the bay has silted up. The ancient mouth was half-way between Carthage and Utica.

² At the north-east end of the long ridge upon which lay the camp, later called Castra Cornelia. Cf. p. 347, n. 1. Perhaps Livy is wrong in thinking the ship was beached on the less

These narrowly escaped injury at the hands of a mob and foresaw that their return would be no safer. Accordingly they begged the magistrates whose help had prevented violence to send ships to escort them. Two triremes were furnished, and having reached the river Bagradas,¹ from which the Roman camp was visible, they returned to Carthage. The Carthaginian fleet was lying at anchor near Utica. Three quadriremes from that fleet, just as the Roman quinquereme was rounding the promontory,² suddenly attacked her from the seaward side, perhaps because a secret order to do so had been sent from Carthage, possibly because Hasdrubal, who was in command of the fleet, made bold to act without complicity on the part of the government. But they were unable to ram her as she eluded them by her speed, and the marines could not spring across from the lower vessels to the higher one. Also she was brilliantly defended so long as their missiles held out. When these failed them there was nothing else which could protect the ship but nearness to the land and the great numbers that poured out to the shore from the camp. For propelled at full speed by the oars, they ran her on the shore with all possible momentum. Consequently the ship only was lost, and the men themselves³ escaped.

Thus the armistice beyond doubt had been broken by one crime after another when Laelius and Fulvius arrived from Rome with the Carthaginian

favourable west side; Gsell III. 250, n. 1. The Punic fleet was no farther away than Rusucmon (Porto Farina; x. 9); Appian *Pun.* 34.

³ Primarily the envoys, but also some of the crew; Polybius XV. ii. 15; cf. Appian *l.c. fin.*

bus Scipio, etsi non indutiarum fides modo a Carthaginiensibus, sed ius etiam gentium in legatis violatum esset, tamen se nihil nec institutis populi Romani nec suis moribus indignum in iis facturum esse cum dixisset, dimissis legatis bellum parabat.

- 11 Hannibali iam terrae adpropinquanti iussus e
nauticis unus¹ escendere in malum, ut specularetur
12 quam tenerent regionem, cum dixisset sepulchrum di-
rutum proram spectare, abominatus praetervehi iusso
gubernatore ad Leptim adpulit classem atque ibi
copias exposuit.

XXVI. Haec eo anno in Africa gesta; insequen-
tia excedunt in eum annum quo M. Servilius Gemi-
nus,² qui tum magister equitum erat, et Ti. Claudius
2 Nero consules facti sunt. Ceterum exitu superioris
anni cum legati sociarum urbium ex Graecia quæsti
essent vastatos agros ab regiis praesidiis profectos-
que in Macedoniam legatos ad res repetendas non
3 admissos ad Philippum regem, simul nuntiassent quat-
tuor milia militum cum Sopatro duce traiecta in Afri-
cam dici, ut essent Carthaginiensibus praesidio, et
4 pecuniae aliquantum una missum, legatos ad regem
qui haec adversus foedus facta videri patribus nun-

¹ e nauticis unus *B²A⁶? Crévier, Eds.*: e nautis unus
N²VJK Aldus, Froben: enuticus unus *P.*

² Geminus *om. P(3)N.*

¹ In Polybius iv. 9 Scipio was absent, and Baebius, being left in command, carried out orders from the general.

² On the east coast of Tunisia; Leptis Minor (or Lepti Minus) to distinguish it from Leptis Magna in Tripolitania. Cf. p. 308, n. 1. It was now probably autumn.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



tiarent mittendos censuit senatus. Missi C. Terentius Varro, C. Mamilius, M. Aurelius; iis ¹ tres quinque-remes datae.

5 Annus insignis incendio ingenti, quo Clivus Publicius ad solum exustus est, et aquarum magnitudine, sed et ² annonae vilitate fuit, praeterquam quod pace
6 omnis Italia erat aperta, etiam quod magnam vim frumenti ex Hispania missam M. Valerius Falto et M. Fabius Buteo aediles curules quaternis acris vicatim populo discripserunt.

7 Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactae aetatis, si quidem verum est augurem duos et sexa-
8 ginta ³ annos fuisse, quod quidam auctores sunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel si novum ab eo inciperet. Superavit paternos honores, avitos aequavit. Pluribus victoriis et maioribus proeliis avus insignis Rullus; sed omnia aequare unus hostis
9 Hannibal potest. Cautior tamen quam promptior hic habitus; et sicut dubites utrum ingenio cunctator fuerit an quia ita bello proprie quod tum gerebatur aptum erat, sic nihil certius est quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait.

¹ iis *P Aldus, Froben* : his *CMBANVK* : hiis *J*.

² sed et *AN Aldus* : sed *x Conway* : et *A^oVJK Froben 2* : *siP(3)*.

³ sexaginta (LX) *P(3)NJ¹* : *XL CVK Aldus, Froben* : *XX J*.

¹ Consul in 216 B.C.; *XXII. xxxv. 2*; escaped from Cannae, *XXII. xlix. 14*; *lxi. 13 ff.* Mamilius Atellus had been praetor, Aurelius Cotta an aedile. Cf. *xlii. 2, 5, 10*.

² See Vol. VII. p. 36, n. 3.

³ *I.e.* one sesterce. Cf. *XXXI. l. 1* (grain even cheaper).

⁴ Quintus Fabius Maximus Gurges, three times consul, last in 265 B.C.

⁵ Quintus Fabius Maximus Rull(ian)us, five times, last in 295 B.C. Plutarch *Fab. 1.* makes him great-grandfather of Delayer.

of the senators these acts had violated the treaty. B.C. 203
The men sent were Gaius Terentius Varro,¹ Gaius Mamilius, Marcus Aurelius; three quinqueremes were furnished them.

The year was marked by a great conflagration in which the Clivus Publicius² was burned to the ground, and by floods, but also by the low price of grain, because not only was all Italy open by reason of peace, but also a great quantity of grain had been sent from Spain; and Marcus Valerius Falto and Marcus Fabius Buteo, the curule aediles, distributed this to the populace by precincts at four *asses*³ a peck.

In the same year Quintus Fabius Maximus died at a very advanced age, if indeed it is true that he had been an augur for sixty-two years, as some authorities say. He certainly was a man who deserved such a surname, even if it had been first applied to him. He surpassed the number of magistracies held by his father⁴ and equalled those of his grandfather.⁵ A larger number of victories and greater battles made the fame of his grandfather Rullus; but all of them can be balanced by a single enemy, Hannibal. Nevertheless Fabius has been accounted a man of caution rather than of action. And while one may question whether he was the "Delayer" by nature, or because that was especially suited to the war then in progress, still nothing is more certain than that one man by delaying restored our state,⁶ as Ennius says. In his place as

⁶ A famous line of the *Annales* (Vahlen³ v. 370; Warmington, *Remains of Old Latin* I. p. 132), so often cited or imitated that it became proverbial; e.g. Cicero *Cato Mai.* 10; Virgil *Aen.* VI. 846.

LIVY

A.U.C.
551

- 10 Augur in locum eius inauguratus Q. Fabius Maximus filius; in eiusdem locum pontifex—nam duo sacerdotia habuit—Ser. Sulpicius Galba.
- 11 Ludi Romani diem unum, plebei ter toti instaurati ab aedilibus M. Sextio Sabino et Cn. Tremelio Flacco. Hi¹ ambo praetores facti et cum iis² C. Livius Salinator et C. Aurelius Cotta. Comititia eius anni utrum C. Servilius consul habuerit an, quia eum res in Etruria tenuerint quaestiones ex senatus consulto de coniurationibus principum habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius incertum ut sit diversi auctores faciunt.

A.U.C.
552

XXVII. Principio insequentis anni M. Servilius et Ti. Claudius senatu in Capitolium vocato de provinciis vinciiis rettulerunt. Italiam atque Africam in sortem conici, Africam ambo cupientes, volebant. Ceterum Q. Metello maxime adnitente neque negata neque data³ est Africa. Consules iussi cum tribunis plebis agere ut, si iis⁴ videretur, populum rogarent quem vellent⁵ in Africa bellum gerere. Omnes tribus P. Scipionem iusserunt. Nihilo minus consules provin-

¹ Hi *VK H. J. Müller*: hii *A·N·J*: ti *PCBN*: ii *x Aldus, Froben, Eds., Conway*.

² iis *P Aldus, Froben, Eds.*: his *CBANVK Conway*: hiis *J.*

³ negata neque data *PCBVJK Eds.*: data neque negata *AN Aldus, Froben*.

⁴ iis *Aldus, Froben*: is *PC*: his *BA*: hiis *N*: eis *A·VJK*.

⁵ vellent *P(3)NV Aldus, Eds.*: vellet *V^zJK Froben 2, Conway*.

¹ An error for grandson, since the son of the same name (consul 213 B.C.) died before the Cunctator; *Cato Mai.* 12.

² Son of the consul of 207 B.C. Cf. *XXIX.* xxxviii. 8.

³ Scipio's command had been given him for the duration; i. 10. That, however, would not prevent the assignment of a colleague; cf. § 5 *sub fin.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
552

ciam Africam—ita enim senatus decreverat—in
 5 sortem coniecerunt. Ti. Claudio Africa evenit, ut
 quinquaginta navium classem, omnes quinqueremes,
 in Africam traiceret parique imperio cum P. Scipione
 imperator¹ esset; M. Servilius Etruriam sortitus.
 6 In eadem provincia et C. Servilio prorogatum im-
 perium, si consulem manere² ad urbem senatui³
 7 placuisset. Praetores M. Sextius Galliam est sortitus,
 ut duas legiones provinciamque traderet ei P.
 Quinctilius Varus; C. Livius Bruttios cum duabus
 legionibus quibus P. Sempronius proconsul priore
 8 anno⁴ praefuerat; Cn. Tremelius Siciliam, ut a P.
 Villio Tappulo praetore prioris anni provinciam et
 duas legiones acciperet; Villius pro praetore viginti
 navibus longis, militibus⁵ mille oram Siciliae tutare-
 9 tur; M. Pomponius viginti navibus reliquis mille et
 quingentos milites Romam deportaret; C. Aurelio
 Cottae urbana evenit. Ceteris ita uti quisque
 obtinebant provincias exercitusque prorogata imperia.
 10 Sedecim non amplius eo anno legionibus defensum

¹ imperator *P(3)NJK Aldus, Froben: rejected by Crévier, Madvig: imperatore V Luchs, H. J. Müller, Johnson.*

² manere *P(3)N Aldus: remorari N^s(alt.)VJK Froben 2.*

³ senatui *A^sN^sVJK Aldus, Froben, Conway: -tu Alschefski, Madvig: -tum P(3)N.*

⁴ priore anno *VJK Froben 2: prioris anni P(3)N.*

⁵ militibus, *before this A^sVJK add et, for which P has si: om. by P^x(3)N Aldus, Froben.*

¹ But not to command an army in addition to his fleet; probably not to sail over to Africa except in an emergency. In fact Claudius never reached African waters; xxxix. 3.

province, for so the senate had decreed. Africa fell B.C. 202 to Tiberius Claudius, with the provision that he should take a fleet of fifty ships, all of them quinqueremes, over to Africa, and that he should be commanding general with an authority equal to that of Scipio.¹ Marcus Servilius received Etruria by lot. In the same province Gaius Servilius' command was also continued, in case the senate decided that the consul should remain near the city. Of the praetors Marcus Sextius received Gaul by lot, with the understanding that Publius Quinctilius Varus should turn over to him the two legions with the province; Gaius Livius received the land of the Bruttii with the two legions which Publius Sempronius had commanded in the previous year as proconsul; Gnaeus Tremelius was allotted Sicily, to take over the province from Publius Villius Tappulus, praetor of the previous year, and the two legions. Villius as propraeor was to defend the coast of Sicily with twenty war-ships and a thousand soldiers. Marcus Pomponius with the remaining twenty ships was to transport fifteen hundred soldiers back to Rome. The city praetorship fell to Gaius Aurelius Cotta. For the rest of the praetors² their commands were continued just as they then held their several provinces and armies. With no more than sixteen legions³ the empire was

² *I.e.* Lucretius at Genua, in Sardinia Publius Lentulus, in Spain Lucius Lentulus and Manlius Acidinus (these two as proconsuls); cf. i. 9 f.; ii. 7; **XXIX.** xiii. 7.

³ Compared with 20 in the previous year; ii. 7. The maximum had been 25 in 212-211 B.C. In the first year of the war (218 B.C.) the number was only 6. The average number in the next three years was 12.7; in following eight years, 22.5 (214-207 B.C.); in the last six years, 17.8 (206-201 B.C.). Cf. De Sanctis' table, p. 633; *C.A.H.* VIII. 104.

- 11 imperium est. Et ut placatis dis omnia inciperent agerentque, ludos quos M. Claudio Marcello, T. Quinctio consulibus T. Manlius dictator quasque hostias maiores voverat, si per quinquennium¹ res publica eodem statu fuisset, ut eos ludos consules, priusquam ad bellum proficiscerentur, facerent.
- 12 Ludi in circo per quadriduum facti hostiaeque quibus votae erant dis caesae.

XXVIII. Inter haec simul spes simul cura in dies crescebat, nec satis certum constare apud animos² poterat utrum gaudio dignius³ esset Hannibalem post sextum decimum annum ex Italia decedentem vacuam possessionem eius reliquisse populo Romano, an magis metuendum quod incolumi exercitu in
 2 Africam transisset: locum nimirum, non periculum mutatum; cuius tantae dimicationis vatem, qui nuper decessisset, Q. Fabium haud frustra canere solitum graviolem in sua terra futurum hostem Hannibalem
 3 quam in aliena fuisset. Nec Scipioni aut cum Syphace, inconditae barbariae rege, cui Statorius semilixa ducere⁴ exercitus solitus sit, aut cum socero eius Hasdrubale, fugacissimo duce, rem futuram aut cum⁵ tumultuariis exercitibus ex agrestium semermi turba

¹ quinquennium, *AN Aldus, Froben add illud.*

² animos *A³VJK Froben 2: -mum P(3)N Aldus.*

³ dignius *V Froben 2: dignum P(3)NJK Aldus.*

⁴ ducere *PCVJK: ad- BAN: docere conj. Putsche, Luchs.*

⁵ cum *Riemann, Conway: om. P(3)NVJK.*

¹ Cf. p. 373, n. 1.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



4 subito conlectis, sed cum Hannibale, prope nato in
 praetorio patris, fortissimi ducis, alito atque educato
 inter arma, puero quondam milite, vixdum iuvene
 5 imperatore, qui senex vincendo factus Hispanias,
 Gallias, Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis
 ingentium rerum complexset. Ducere¹ exercitum
 aequalem stipendiis suis, duratum omnium rerum
 patientia quas vix fides fiat homines passos, perfusum
 miliens cruore Romano, exuvias non militum tantum,²
 6 sed etiam imperatorum portantem. Multos oc-
 cursuros Scipioni in acie qui praetores, qui impera-
 tores,³ qui consules Romanos sua manu⁴ occidissent,
 muralibus vallaribusque insignes coronis, pervagatos
 7 capta castra, captas urbes Romanas. Non esse hodie
 tot fasces magistratibus populi Romani, quot captos
 ex caede imperatorum prae se ferre posset Hannibal.
 8 Has formidines agitando animis ipsi curas et metus
 augebant, etiam quod, cum adsuessent per aliquot
 annos bellum ante oculos aliis atque aliis in Italiae
 partibus lenta spe in nullum propinquum debellandi
 finem gerere, erexerant omnium animos Scipio et
 Hannibal, velut ad supremum certamen comparati

¹ Ducere *P(3)NVJK* : duceret *Gronovius* : ducente *Allen*.

² tantum *PCBVJK* : modo *AN Aldus, Froben*.

³ qui imperatores *P(3)N Aldus* : om. *VJK Froben 2*.

⁴ sua manu *P(3)N Aldus, Froben* : manu sua *VJK*.

¹ Cf. XXI. xliii. 15.

² Slightly exaggerated, as in xxx. 10, but for the sake of a climax. He was only 45 (*senior* strictly, rather than *senex*); xxxvii. 9; over 45 says Polybius, XV. xix. 3.

³ For the *corona muralis* cf. Vol. VI. p. 60, n. 2; XXVI. xlviii. 5. The *corona vallaris* (or *castrensis*) represented earthworks of a camp. Cf. X. xlvi. 3; Gellius V. vi. 16 f.

would he have to do with Hannibal, who had been B.C. 202 born, one might almost say, at the headquarters of his father, the bravest of generals, had been reared and brought up in the midst of arms; ¹ who even in boyhood was a soldier, in earliest manhood a general; who, ageing ² as a victor, had filled the Spanish and Gallic lands and Italy from the Alps to the Straits with the evidence of his mighty deeds. He was in command of an army whose campaigns equalled his own in number; was toughened by enduring such hardships as one could scarcely believe human beings had endured; had been spattered with Roman blood a thousand times and carried the spoils, not of soldiers only but also of generals. Many men who would encounter Scipio in battle had with their own hands slain Roman praetors, generals-in-command, consuls; had been decorated with crowns for bravery in scaling city-walls and camp defences; ³ had wandered through captured camps, captured cities of the Romans. All the magistrates of the Roman people did not at that time have so many fasces as Hannibal was able to have borne before him, having captured them from fallen generals. ⁴

By brooding over such terrifying thoughts men were adding to their own anxieties and fears, for another reason too: whereas year after year it had been their habit to carry on a war before their eyes in one part and then in another of Italy, with hope deferred and looking to no immediate end of the conflict, all men's interest was now intensified by Scipio and Hannibal, as it were, pitted against each

⁴ Coelius pretended to know the exact number of fasces captured by Hannibal, viz. 72; Nonius X. p. 818 L.

9 duces. Eis quoque quibus erat ingens in Scipione fiducia et victoriae spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curae intentiores erant.¹
 10 Haud dispar habitus animorum Carthaginiensibus erat, quos modo petisse pacem, intuentes Hannibalem ac rerum gestarum eius magnitudinem, paenitebat,
 11 modo, cum respicerent bis sese acie victos, Syphacem captum, pulsos se Hispania, pulsos Italia, atque ea omnia unius virtute et consilio Scipionis facta, velut fatalem eum ducem in exitium suum natum horrebant.

XXIX. Iam Hadrumetum pervenerat² Hannibal; unde, ad reficiendum ex iactatione maritima militem paucis diebus sumptis, excitus pavidis nuntiis omnia circa Carthaginem obtineri armis adferentium, magnis
 2 itineribus Zamam contendit. Zama quinque dierum

¹ erant *A·N·VJK* and so (but with *intentioris*) *Aldus, Froben: om.* *P(3)N: volvebant Weissenborn (with curas) found in P(3)N: agebant Madvig, Riemann (with curas).*

² pervenerat *VJK Aldus, Froben: venerat P(3)N.*

¹ One defeat was obviously that on the Campi Magni; viii. 3–9; the other may be that of Hanno's cavalry in XXIX. xxxiv. 8–17. The surprise attack on two camps (v. 7–vi. 9) made no use of an *acies*.

² A Tyrian colony and the most important town in the region, now Sousse, 20 miles north-west of Leptis Minor (Lemta), where Hannibal had landed. But he immediately established his winter camp at Hadrumetum. Polybius cannot have failed to give the time and place of Hannibal's landing in lost chapters from the beginning of Book XV.; for he is in Africa already at iii. 5, if not at i. 10 f. It was now autumn, 203 B.C. He would not have risked a winter passage. Cf. De Sanctis 545 ff., 586 f.; Scullard 326 f.

³ If we could follow Livy here we should place the final battle within an incredibly short time after Hannibal's landing. That this was the case no one can believe after comparing the

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

iter ab Carthagine abest. Inde praemissi speculatores cum excepti ab custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent, traditos eos tribuno¹ militum, iussosque omisso metu visere omnia, per castra qua³ vellent circumduci iussit; percunctatusque satin² per commodum³ omnia explorassent, datis qui⁴ prosequerentur, retro ad Hannibalem dimisit. Hannibal nihil quidem eorum quae nuntiabantur—nam et Masinissam cum sex milibus peditum, quattuor equitum venisse eo ipso forte die adferebant—, laeto animo audivit,⁴ maxime hostis fiducia, quae⁵ non de nihilo profecto concepta esset, percussus.⁶ Ita⁵que quamquam et ipse causa belli erat et adventu suo turbaverat et pactas indutias et spem foederum, tamen, si integer quam si victus peteret pacem, aequiora⁷ impetrari posse ratus, nuntium ad Scipionem misit, ut conloquendi secum potestatem faceret. Id⁶ utrum sua sponte fecerit an publico consilio, neutrum⁷ cur adfirmem habeo. Valerius Antias

¹ tribuno *A¹VJK* (cf. *Polyb.* XV. v. 5): -nis *P(3)N Aldus, Froben.*

² satin *A¹JK Aldus, Froben*: satin si *V*: statim *P(3)N*: statim si *N¹.*

³ per commodum *P(3)NV*: -mode *N¹JK Aldus, Froben.*

⁴ audivit *VJK Aldus, Froben*: audit *P(3)N.*

⁵ fiducia, quae *Aldus, Froben, Gronovius, Conway*: -ciaque *P(3)NVJK* (*P(3)N* having si before hostis): fiducia audaciaque *Weissenborn, Madvig.*

⁶ esset, percussus *Gronovius, Conway*: est percussus *VJK Aldus, Froben*: percussus est *P(3)N Weissenborn, Madvig*: percussus est *C⁵A¹ Luchs.*

⁷ aequiora *P(3)N Aldus*: -orem *A¹VJK Froben 2.*

there as proconsul); Vitruvius VIII. iii. 24. Captured by Sextius in 41 B.C. (*Dio Cass.* XLVIII. xxiii. 4), it long lay desolate (*Strabo* XVII. iii. 9, 12). Absence of ruins from

is distant five day's marches from Carthage. Scouts B.C. 202 who had been sent in advance from that position were captured and brought before Scipio by their Roman guards. Thereupon he turned them over to a tribune of the soldiers, and bidding them go and see everything without fear, he ordered them to be led about the camp wherever they wished to go; and after questioning them as to whether they had examined everything quite at their leisure, he sent them back to Hannibal, furnishing men to escort them.¹ Hannibal did not indeed hear with joy any of the reports of his scouts, for they reported that Masinissa had also arrived that very day, as it happened, with six thousand infantry and four thousand cavalry. But he was particularly dismayed by the enemy's confidence, which surely seemed to be not without foundation. Consequently, although he was himself at once the cause of the war and by his coming the breaker of a truce already arranged and of a prospective treaty as well, nevertheless, thinking that fairer terms could be obtained if he should sue for peace while his army was intact, rather than after defeat, he sent a messenger to Scipio, requesting that he grant the privilege of a conference with him. Whether he did so on his own responsibility or that of the state, I have no means of deciding either this way or that. Valerius Antias² relates

the Empire shows that the city was not rebuilt. Polybius plainly indicates that the battle was considerably farther inland than Hannibal's first position at Zama (v. 14; vi. 2). Cf. p. 472, n. 1. For modern works and the controverted questions see Appendix.

¹ The story of the scouts is from Polybius XV. v. 4-7, as also the following figures for Masinissa's forces (§ 12).

² Cf. xix. 11.

primo proelio victum eum ab Scipione, quo duodecim milia armatorum in acie sint ¹ caesa, mille et septingenti capti, legatum cum aliis decem legatis tradit in castra ad Scipionem venisse.

8 Ceterum Scipio cum colloquium haud abnuisset, ambo ex composito duces castra protulerunt, ut
9 coire ex propinquo possent. Scipio haud procul Naraggara ² urbe, cum ad cetera loco opportuno tum quod aquatio intra teli coniectum erat, consedit.
10 Hannibal tumulum a quattuor milibus inde, tutum commodumque alioqui, nisi quod longinqua aquationis erat, cepit. Ibi in medio locus conspectus undique, ne quid insidiarum esset, delectus.

XXX. Summotis pari ³ spatio armatis, cum singulis interpretibus congressi sunt, non suae modo aetatis maximi duces, sed omnis ante se memoriae, omnium
2 gentium cuilibet regum imperatorumve pares. Paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutua prope attoniti, conticuere. Tum Hannibal prior:
3 “ Si hoc ita fato datum erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano quique totiens prope in manibus victoriam habui, is ultro ad pacem petendam venirem, laetor te mihi sorte ⁴ potissimum datum a quo pete-
4 rem. Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis

¹ sint *VJK* : sunt *P(3)N*.

² Naraggara *P(3)N*; naggara *N*¹; narcara *VJK* : (Μάργαρον Polybius XV. v. 14).

³ pari *A^vVJK Aldus, Froben* : par in *P(3)N* (with spatium *BAN*).

⁴ sorte *P(3)N Aldus* : om. *VJK Froben 2*.

¹ Polybius' name for the place is Margaron, occurring nowhere else. It is accordingly altered by his editors to correspond with the better class of Livy MSS.—a bold correction, it must be admitted. The site of Naraggara is thought to be occupied by Sidi Youssef, on the boundary between Tunisia

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



laudum hoc fuerit, Hannibalem, cui tot de Romanis
 ducibus victoriam di dedissent, tibi cessisse, teque
 huic bello, vestris prius¹ quam nostris cladibus in-
 5 signi, finem imposuisse. Hoc quoque ludibrium casus
 ediderit fortuna,² ut, cum patre tuo consule ceperim
 arma, cum eodem primum Romano imperatore signa
 contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam
 6 veniam. Optimum quidem fuerat eam patribus
 nostris mentem datam ab dis esse ut et vos Italiae et
 7 nos Africae imperio contenti essemus; neque enim
 ne vobis quidem Sicilia ac Sardinia satis digna pretia
 sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis
 amissis ducibus. Sed praeterita magis reprehendi
 8 possunt quam corrigi. Ita aliena adpetivimus ut de
 nostris dimicarem, nec in Italia solum nobis
 bellum, vobis³ in Africa esset, sed et vos in portis
 vestris prope ac moenibus signa armaque hostium
 vidistis et nos ab Carthagine fremitum castrorum
 9 Romanorum exaudimus. Quod igitur nos maxime
 abominaremur,⁴ vos ante omnia optaretis,⁵ in meliore
 vestra fortuna de pace agitur. Agimus ei quorum et
 maxime interest pacem esse, et qui quodcumque
 egerimus, ratum civitates nostrae habiturae sunt.
 Animo tantum nobis opus est non abhorrente a
 quietis consiliis.
 10 “Quod ad me attinet, iam aetas senem in patriam
 revertentem, unde puer profectus sum, iam secundae,

¹ prius *VJK Froben 2*: plus *P(3)N Aldus*.

² fortuna, *A^sN^sVJK Froben 2* have fortunae casus ediderit, for which *Aldus* reads fortuna an casus ediderit.

³ nobis bellum, vobis *Elsperger, recent Eds., Conway*: vobis bellum nobis *A^sN^sVJ Froben, Eds., Weissenborn*: vobis *PCAN*: nobis *B*.

⁴ abominaremur *A^sN^sVJK*: -namur *PCBAN*.

⁵ optaretis *P(3)N*: optare debetis *Madvig, Emend*.

that Hannibal, to whom the gods have given the B.C. 202
 victory over so many Roman generals, has submitted to you, and that you have made an end of this war, which was memorable at first for your disasters and then for ours. This also may prove to be Fortune's mocking sport, that having taken up arms when your father was consul, and having fought with him my first battle with a Roman general, I come to his son unarmed to sue for peace. It would indeed have been best if the gods had given our fathers the disposition to be contented, you with rule over Italy and us in turn with ruling Africa.¹ For even for you Sicily and Sardinia have been no adequate compensation for the loss of so many fleets, so many armies, so many remarkable generals. But the past is sooner disapproved than changed for the better. In grasping at what was not ours we fell to fighting for our own; and for us Carthaginians it came to be a war not in Italy alone, nor for you entirely in Africa. On the contrary you have seen the enemy's standards and arms almost at your gates and walls, just as we can hear from Carthage the noise of a Roman camp. Consequently we discuss terms of peace while Fortune is favouring you—a situation most ominous for us, while you could pray for nothing better. We who are treating have the most to gain by peace, and furthermore, whatever terms *we* are to make our states will ratify. We need only a temper not averse to measures calmly considered.

“As for myself, age has at last taught me, returning as an old man to my native city, from

¹ With this thought begins the speech in Polybius vi. 4. What precedes in Livy is his exordium, designed to produce a favourable impression according to rhetorical rule.

LIVY

A.C.C.
552

iam adversae res ita erudierunt ut rationem sequi
 11 quam fortunam malim; tuam et adulescentiam et
 perpetuam felicitatem, ferociora utraque quam
 quietis opus est consiliis, metuo. Non temere incerta
 casuum reputat quem fortuna numquam decepit.¹
 12 Quod ego fui ad Trasumenum, ad Cannas, id tu
 hodie es.² Vixdum militari aetate imperio accepto
 omnia audacissime incipientem nusquam³ fefellit
 13 fortuna. Patris et patrum persecutus mortem ex
 calamitate vestrae domus decus insigne virtutis pie-
 tatisque eximiae cepisti; amissas Hispanias reci-
 perasti quattuor inde Punicis exercitibus pulsus;
 14 consul creatus, cum⁴ ceteris ad tutandam Italiam
 parum animi esset, transgressus in Africam, duobus
 hic exercitibus caesis, binis eadem hora captis simul
 incensisque castris, Syphace potentissimo rege capto,
 tot urbibus regni eius, tot nostri imperii ereptis, me
 15 sextum decimum iam annum haerentem in posses-
 sione Italiae detraxisti. Potest victoriam malle quam
 pacem animus. Novi spiritus magnos magis quam
 utiles; et mihi talis aliquando fortuna adfulsit.
 16 Quodsi in secundis rebus bonam quoque mentem
 darent dei, non ea solum quae evenissent, sed etiam
 ea quae evenire possent reputaremus. Ut omnium
 17 obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes
 casus sum, quem, modo castris inter Anienem atque
 urbem vestram positis signa inferentem ac iam prope

¹ decepit *A¹N¹VJK Aldus, Froben*: decipit *P(3)N*.

² es *A¹N¹VJK Aldus, Froben*: om. *P(3)N*.

³ nusquam *P(3)N*: nunquam *N¹VJK*.

⁴ cum, after this word *P* is lost to us up to xxxvii. 3.

¹ Similar is Polybius vii. 1.

² Cf. XXVI. xix. 9.

³ In 211 B.C.; three miles from the city; XXVI. x. 3.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
552

scandentem¹ moenia Romana,² hic cernas duobus fratribus, fortissimis viris, clarissimis imperatoribus orbatum ante moenia prope obsessae patriae quibus terrui vestram urbem, ea pro mea deprecantem.

18 “Maximae cuique fortunae minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris dubiis, tibi ampla³ ac speciosa danti est pax, nobis petentibus magis
19 necessaria quam honesta. Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria; haec in tua, illa in deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in unius horae
20 dederis discrimen. Cum tuas vires, tum vim Fortunae Martemque belli communem propone animo. Utrimque ferrum, utrimque⁴ corpora humana erunt; nusquam minus quam in bello eventus respondent.
21 Non tantum ad id quod data pace iam habere potes, si proelio vincas,⁵ gloriae adieceris, quantum dempseris,⁶ si quid adversi eveniat. Simul parta ac sperata decora unius horae fortuna evertere potest.
22 Omnia in pace iungenda tuae potestatis sunt, P. Corneli; tunc ea habenda fortuna erit quam di
23 dederint. Inter pauca felicitatis virtutisque exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra fuisset, si⁷ victor pacem petentibus dedisset patribus nostris;

¹ ac iam (acie *A¹JK*) prope scandentem *A¹VJK Froben 2*: om. *CBDAN Aldus*.

² Romana *CBDANV*: Romana videras *A¹N¹JK Aldus, Froben (with videris Conway)*.

³ tibi ampla *A¹N¹VJK Eds.*: iam apta *CBDAN?*

⁴ ferrum, utrimque *CA¹*: ferrum *N¹VJK Aldus, Froben*: om. *BDAN*.

⁵ vincas *Aldus, Froben, Eds.*: -ces *D Conway*: -cens *CBA*: -cis *A¹N¹VJK*: viceris *x*: vinceris *N*.

⁶ dempseris *Madvig, recent Eds.*: ademeris *Aldus, Froben*: om. *CBDANVJK*.

⁷ fuisset, si *DVJK Froben 2*: fuisse et si *CB¹*: fuisse fertur qui sic (si *AN*) *AN Aldus*.

and now almost scaling the walls of Rome. But here B.C. 202
bereft of my two brothers, the bravest of men, the most eminent of generals, you see me before the walls of my native city, already almost invested, and I am praying that she may be spared the terrors which I brought to yours.

“ The greatest good fortune is always the least to be trusted. In your favourable circumstances, in our uncertain situation, peace, if you grant it, will bring you honour and glory;¹ for us who sue it is necessary rather than honourable. Better and safer is an assured peace than a victory hoped for. The one is in your own power, the other in the hands of the gods. Do not commit the success of so many years to the test of a single hour. Bear in mind not only your own resources but also the might of Fortune and the impartial god of war. On both sides will be the sword, on both sides human bodies. Nowhere less than in war do results match men’s hopes. You will not add so much glory, if victorious in battle, to what you can now have by granting peace, as you will lose in case of any reverse.² The fortune of a single hour can lay low honours already won, and with them those in prospect. In making peace, Publius Cornelius, you have everything in your own power. In the other case you will have to bear the lot which the gods may give. Among the foremost examples of success and courage would have been Marcus Atilius³ formerly in this same land, if as victor he had granted the peace which our fathers

¹ Cf. the closing words of Hannibal in Polybius vii. 9.

² The thought of Polybius vii. 6.

³ Regulus had been used as an *exemplum deterrens* in a speech by Fabius in XXVIII. xlii. 1; cf. *ibid.* xliii. 17 in Scipio’s reply.

sed non statuendo felicitati modum nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo foedius conruit.

24 “Est quidem eius qui dat, non qui petit, condiciones
dicere pacis; sed forsitan non indigni simus qui
25 nobismet ipsi¹ multam inrogemus. Non recusamus
quin omnia propter quae ad bellum itum² est vestra
sint, Sicilia, Sardinia, Hispania, quidquid insularum
toto inter Africam Italiamque continetur mari.
26 Carthaginienses inclusi Africae litoribus vos, quando
ita dis placuit, externa etiam terra marique videamus
27 regentes imperio.³ Haud negaverim propter non
nimis sincere petitam aut expectatam nuper pacem
suspectam esse vobis Punicam fidem. Multum per
quos petita sit ad fidem tuendae pacis pertinet,
28 Scipio. Vestri quoque, ut audio, patres non nihil
etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione
29 erat, negaverunt pacem: Hannibal peto pacem, qui
neque peterem, nisi utilem crederem, et propter ean-
30 dem utilitatem tuebor eam propter quam petii. Et
quem ad modum, quia a me bellum coeptum est, ne
quem eius paeniteret, quoad ipsi invidere dei,
praestiti, ita adnitar ne quem pacis per me partae
paeniteat.”

XXXI. Adversus haec imperator Romanus in

¹ ipsi *CBD* : ipsis *ANVJK Aldus, Froben.*

² itum *CBDN¹VJK* : initum (*om. ad*) *AN Aldus, Froben.*

³ imperio *Madvig, Eds.* : -ia *CBDANVJK.*

¹ Sicily had been lost by Carthage in the peace of 241 B.C., Sardinia three years later. Unsuccessful attempts to recover them in the present war, however, justify mention of both here.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
552

hanc fere sententiam respondit: “ Non me fallebat, Hannibal, adventus ¹ tui spe Carthaginienses et praesentem indutiarum fidem et spem pacis turbasse; ² neque tu id sane dissimulas, qui de condicionibus superioribus ² pacis omnia subtrahas praeter ea quae iam ³ pridem in nostra potestate sunt. Ceterum ut ³ tibi curae est sentire cives tuos quanto per te onere leventur, sic mihi laborandum est ne ⁴ quae tum ⁵ pepigerunt hodie subtracta ex condicionibus pacis ⁴ praemia perfidiae habeant. Indigni quibus eadem pateat condicio, etiam ut prosit vobis fraus petitis. Neque patres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum; et tunc ⁶ Mamertinorum sociorum periculum et nunc Sagunti excidium nobis ⁵ pia ac iusta induerunt arma. Vos lacesse et tu ipse fateris et dei testes sunt, qui et illius belli exitum secundum ius fasque dederunt et huius dant et dabunt.

⁶ “ Quod ad me attinet, et humanae infirmitatis memini et vim Fortunae reputo et omnia quaecumque ⁷ agimus subiecta esse mille casibus scio; ceterum, quem ad modum superbe et violenter me faterer facere, si, priusquam in Africam traiecissem, te tua voluntate cedentem Italia et inposito in naves exercitu ipsum venientem ad pacem petendam ⁸ aspernarer; sic nunc, cum prope manu conserta ⁷

¹ adventus *A¹N¹VJK Aldus, Froben, Eds.*: avere (habere *CDAN*) adventus *CBDAN*: ab adventus *Alschevski*: aura adventus *conj. Madvig*.

² superioribus *CBDAN Aldus, Froben, Eds.*: superioris *N¹VJK* (“perhaps correct” *Conway*).

³ ut *CBDVJK*: sicut *AN Aldus, Froben*.

⁴ ne *Aldus, Froben*: ne si *CBDANVJK*.

⁵ tum *CBDAN*: tunc *N² or N¹VJK Aldus, Froben*.

⁶ tunc *N¹VJK Froben 2*: tum *CBDAN Aldus*.

⁷ conserta *z*: -tum (*supine*) *CBDANVJK*.

somewhat to this effect: "I was not unaware, B.C. 202 Hannibal, that the Carthaginians, anticipating your arrival, showed no respect either for present obligations to the armistice or for the peace in prospect; and you surely make no concealment of that fact when you omit from the earlier terms of peace everything except what has long been in our possession.¹ But just as you are concerned to have your citizens appreciate how great is the burden of which they are relieved by you, so I must exert myself that they do not have as the reward of perfidy any relaxation of the terms of peace to which they at that time agreed. Unworthy to have the same terms open to you as before, you Carthaginians are asking to have your dishonesty profit you. Our fathers were not aggressors in making war for Sicily; no more were we for Spain. In the former case the peril of our allies, the Mamertines, as in the latter instance the destruction of Saguntum, armed us with the weapons of duty and justice. That your people were the aggressors you yourself admit, and the gods as well are our witnesses, who gave for that war and are giving and will give for this one an outcome in accordance with justice and the right.

"So far as I am concerned, I am mindful of human weakness, and I reflect upon the might of Fortune and know that everything that we do is exposed to a thousand chances. But, just as I should admit that I were acting with arrogance and violence if, before I had crossed over to Africa, I were to reject you when you were voluntarily withdrawing from Italy and, while your army was already on shipboard, you were coming in person to sue for peace, so now,

¹ Cf. xvi. 10.

restitantem ac tergiversantem in Africam adtraxerim,¹ nulla sum tibi verecundia obstrictus.

9 Proinde si quid ad ea in quae tum pax conventura videbatur, quasi² multa navium cum commeatu per indutias expugnatarum³ legatorumque violatorum, adicitur, est quod referam ad consilium; sin illa quoque gravia videntur, bellum parate, quoniam pacem pati non potuistis.”

10 Ita infecta pace ex conloquio ad suos cum se recepissent, frustra verba iactata⁴ renuntiant: armis discernendum esse habendamque eam fortunam quam dei dedissent. XXXII. In castra ut est ventum, pronuntiant ambo arma expedirent milites animosque ad supremum certamen, non in unum diem sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores. Roma an Carthago iura gentibus daret ante crastinam noctem scituros; neque enim Africam aut Italiam, sed orbem terrarum victoriae praemium fore; par periculum praemio quibus adversa⁵ pugnae fortuna fuisset.

3 Nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena ignotaque terra, et Carthagini, supremo⁶ auxilio effuso, adesse videbatur praesens excidium.

¹ adtraxerim (or at-) *CBDAN Aldus, Froben*: traduxerim *N·VJK Froben* 2.

² quasi *A⁵ conj. Gronovius, Eds.*: quae si *CBA?*: que si *A²N*: quae sit *Alschevski*: que sunt *A·VJK*: si *D*.

³ expugnatarum *BDAN Aldus, Froben, Eds.*: -gnarum *C*: oppugnatarum (or ob-) *A·VJK Riemann*.

⁴ iactata *Gronovius, many Eds.*: temptata *x Conway*: praelata *Alschevski*: praecata (prec-) *BD*: ꝑcata *CN?*: pcata *A*: pacata *A·N·VJK Aldus, Froben*.

⁵ adversa *K J. Perizonius, Eds.*: adversae *CBDANVJ Aldus, Froben*.

⁶ -que . . . supremo *om. CBDAN (evidently P had om. two lines of the archetype)*: supplied from *A·N·VJK*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

4 Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum
 opulentissimorum populorum duo longe clarissimi
 duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta
 5 decora aut cumulaturi eo die aut eversuri. † Anceps
 igitur spes et metus miscebant animos; contem-
 plantibusque modo suam modo hostium aciem, cum ¹
 oculis magis quam ratione pensarent vires, simul
 laeta, simul tristia obversabantur. Quae ipsis sua
 sponte non succurrebant, ea duces admonendo atque
 6 hortando subiciebant.² Poenus sedecim annorum in
 terra Italia ³ res gestas, tot duces Romanos, tot
 exercitus occidione occisos et sua cuique decora,
 ubi ad insignem alicuius pugnae memoria militem
 7 venerat, referebat: Scipio Hispanias et recentia in
 Africa proelia et confessionem hostium, quod neque
 non petere pacem propter metum neque manere in ea
 8 prae insita animis perfidia potuissent. Ad hoc
 colloquium Hannibalis in secreto habitum ac
 9 liberum fingenti qua ⁴ volt flectit.⁵ Ominatur, quibus
 quondam auspiciis patres eorum ad Aegates pugna-
 verint insulas, ea illis exeuntibus in aciem portendisse
 10 deos. Adesse finem belli ac laboris; in manibus esse
 praedam Carthaginis, reditum domum in patriam ad

¹ cum *CDANVJK Aldus, Froben, Conway*: cum non *Weissenborn, Madvig, most recent Eds.*: cui *B.*

² subiciebant *N^oVJK*: -iciunt *AN Aldus, Froben.*

³ Italia, *AN* have *italiam* with *intra* for *in* terra.

⁴ qua *A^oN^oVJK Aldus, Froben*: quae *CBDAN.*

⁵ flectit, *V Aldus, Froben* have *flecti.*

¹ Even the month is much debated. Those who place the "battle of Zama" in the spring or early summer are unable to explain such delay in making the peace (spring of 201 B.C.). Against the summer is the heat of a Tunisian sun, both for European troops and African elephants in action. More probable is October. Cf. Appendix, pp. 551-554.

For this decision on the following day¹ two generals B.C. 202 far and away the most distinguished and two of the bravest armies of the two wealthiest nations went forth,² on that day either to crown the many distinctions heretofore won, or to bring them to naught. Consequently a wavering between hope and fear confused their spirits; and as they surveyed now their own battle-line, now that of the enemy, while weighing their strength more by the eye than by calculation, the bright side and at the same time the dark was before their minds. What did not occur to the men themselves of their own accord the generals would suggest in admonition and exhortation. The Carthaginian kept recalling to their minds the achievements of sixteen years in the land of Italy, so many Roman generals, so many armies wiped out completely, and brave deeds of individuals, whenever he came to a soldier distinguished in the record of some battle. Scipio would recall the Spanish provinces and recent battles in Africa and the enemy's admission, in that on account of fear they could but sue for peace, and yet had been unable to abide by the peace on account of their ingrained perfidy. Furthermore, as his conference with Hannibal had been in private and could be freely altered, he gave it the direction he desired. He divined that as the Carthaginians went out into battle-line, the gods had given them the same omens as when their fathers fought at the Aegates Islands. The end of the war and hardship was at hand, he said, the spoils of Carthage within reach, and the return home to their native city, to parents, children,

² At daybreak; Polybius ix. 2.

11 parentes, liberos, coniuges penatesque deos. Celsus haec corpore voltuque ita laeto ut vicisse iam crederes dicebat.

Instruit deinde primos hastatos, post eos principes; triariis postremam aciem clausit. XXXIII. Non confertas autem cohortes ante sua quamque signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes, ut esset spatium qua elephantum hostium
2 acti¹ nihil ordines turbarent. Laelium, cuius ante legati, eo anno quaestoris extra sortem ex senatus consulto opera utebatur, cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam Numidasque ab dextro
3 opposuit. Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus—ea tunc levis armatura erat—complevit, dato praecepto ut ad impetum elephantorum aut post directos² refugerent ordines aut in dextram laevamque discursu applicantes se antesignanis³ viam qua inruerent in ancipitia tela beluis darent.

4 Hannibal ad terrorem primos⁴ elephantos—octoginta autem erant, quot nulla umquam in acie
5 ante habuerat—instruxit, deinde auxilia Ligurum

¹ acti *CBDAN*: capti *N^s(alt.)*: rapti *V*: accepti *JK Aldus, Froben*.

² directos *Alschefski, Eds.*: in rectos *CBDANVJK*: rectos *A^s?* *Aldus, Froben*.

³ se antesignanis, for this *CBDAN* have signis.

⁴ primos *CBD Eds.*: -mum *ANVJK Aldus, Froben*.

¹ This is confused. Polybius does not mention cohorts, but is merely using both of his terms for maniple in the same sentence, ix. 7; cf. pp. 62 f., n. 2. Novel was the formation with *principes* directly behind *hastati*, instead of behind the normal intervals between front line maniples. This was Scipio's device to reduce losses in the charge of the elephants.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



- Gallorumque Baliaribus Maurisque admixtis; in
 6 secunda acie Carthaginienses Afrosque et Macedonum
 legionem; modico deinde intervallo relicto sub-
 7 sidiariam aciem Italicorum militum—Bruttii plerique
 erant, vi ac necessitate plures quam sua voluntate
 8 decedentem ex Italia secuti—instruxit. Equitatum
 et ipse¹ circumdedit cornibus; dextrum Cartha-
 9 ginienses, sinistrum Numidae tenuerunt.
 10 Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines,
 quibus non lingua, non mos, non lex, non arma, non
 vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset.
 11 Auxiliaribus et praesens et multiplicata ex praeda
 merces ostentatur; Galli proprio atque insito in Ro-
 manos odio accenduntur; Liguribus campi uberes
 Italiae deductis ex asperrimis montibus in spem
 12 victoriae ostentantur; Mauros Numidasque Masinis-
 sae inpotenti futuro² dominatu terret; aliis aliae
 11 spes ac metus iactantur. Carthaginensibus moenia
 patriae, di penates, sepulcra maiorum, liberi cum
 parentibus coniugesque pavidae, aut excidium
 servitiumque aut imperium orbis terrarum, nihil aut
 in metum aut in spem medium, ostentatur.
 12 Cum maxime haec imperator apud Carthaginenses,
 duces suarum gentium inter populares, pleraque per
 interpretes inter immixtos³ alienigenis⁴ agerent,

¹ ipse *CBDAN*: ipsum *VJK Aldus, Froben*: *om. N*⁵.

² futuro *NV Froben 2*: -ros *CBDAN*¹*JK Aldus*.

³ inter immixtos, *for this JK Aldus, Froben have intermixtos*.

⁴ alienigenis *CBDANV Aldus, Froben, Eds.*: -generis
JK: -genas *Freinsheim, M. Müller*.

¹ Cf. xxvi. 3. Not mentioned by Polybius, but by Fron-
 tinus; doubted or rejected by modern historians.

² More than a furlong in Polybius xi. 2.

³ Cf. XXVIII. xii. 3 f. and note.

auxiliaries in combination with Balearic and Maure- B.C. 202
 tanian troops; in the second line Carthaginians and
 Africans and the legion of Macedonians.¹ Then,
 leaving a moderate interval,² he drew up a reserve
 line of Italic soldiers, most of these Bruttians, more
 of whom had followed him under compulsion and of
 necessity than of their own consent as he retired from
 Italy. As for the cavalry, he also placed them on the
 wings; the Carthaginians held the right wing, the
 Numidians the left.

In an army made up of so many men who had no
 language, no custom, no law, no arms, no clothing
 and general appearance in common,³ nor the same
 reason for serving, exhortation took various forms.
 To the auxiliaries was offered pay in cash and greatly
 increased by a share in the booty. The Gauls had
 their own inbred hatred of the Romans fanned into
 flame. Ligurians were offered as an incentive to
 victory the rich plains of Italy, once they were
 brought down from their rugged mountains. Maure-
 tanians and Numidians were frightened by Hannibal
 with the prospect of Masinissa's tyrannical rule.
 To different nations different hopes and fears were
 displayed. The Carthaginians' attention was called
 to the walls of their city, to household gods, tombs of
 ancestors, children and parents and terror-stricken
 wives, to destruction and servitude on the one hand,
 on the other to rule over the world, to the absence
 of any ground between the extremes of fear and
 hope.

Just as the general was thus speaking among the
 Carthaginians, and the national leaders among their
 countrymen, mainly through interpreters, since
 foreigners were intermingled, trumpets and horns

LIVY

A.U.C.
552

13 tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt, tantusque
 clamor ortus ut elephantis in suos, sinistram maxime
 cornu, verterentur,¹ Mauros ac Numidas. Addidit
 facile Masinissa percussis terrorem nudavitque ab
 14 ea parte aciem equestri auxilio. Paucae tamen
 bestiarum intrepidae² in bostem actae inter velitum
 ordines cum multis suis vulneribus ingentem stragem
 15 edebant. Resilientes enim ad manipulos velites,
 cum viam elephantis, ne obtererentur, fecissent, in
 ancipites ad ictum utrimque coniciebant hastas, nec
 16 pila ab³ antesignanis cessabant, donec undique
 incidentibus telis exacti ex Romana acie hi quoque in
 suos dextrum⁴ cornu, ipsos Carthaginenses equites,
 in fugam verterunt. Laelius ut turbatos vidit hostes
 addidit percussis terrorem.

XXXIV. Utrimque nudata equite erat Punica
 acies cum pedes concurrat, nec spe nec viribus iam
 par. Ad hoc dictu parva sed magna eadem in re
 gerenda momenta:⁵ congruens clamor ab Romanis
 eoque maior et terribilior, dissonae illis, ut gentium
 2 multarum discrepantibus linguis, voces; pugna
 Romana stabilis et suo et armorum pondere incum-

¹ verterentur *CBDAN*: con- *V* (cor-) *JK Aldus*: verterent *Froben 2*.

² intrepidae *CBDAN Froben 2*: trepide *VJK*: intrepide: *Aldus*.

³ hastas, nec pila ab, *these words and also an- of the next were probably omitted by P, as is shown by the same omission in CBDAN*.

⁴ suos dextrum *VJK*: suo dextro (or -ero) *CBDAN Aldus, Froben*.

⁵ magna . . . momenta *CBDANV* (adding res *A^oJ*): magni . . . momenti res *K Aldus, Froben, Madvig* (om. res).

¹ The account of the battle should be compared throughout with that of Polybius XV. xii.-xvi. Cf. Frontinus II. iii.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bentium in hostem, concursatio et velocitas illinc
 3 maior quam vis. Igitur primo impetu extemplo
 movere loco hostium aciem Romani. Ala deinde et
 umbonibus¹ pulsantes, in summos gradu inlato,
 aliquantum spatii velut nullo resistente incessere,
 4 urgentibus et novissimis primos ut semel motam
 aciem sensere, quod ipsum vim magnam ad pellendum
 5 hostem addebat. Apud hostes auxiliares cedentes
 secunda acies, Afri et Carthaginienses, adeo non
 sustinebant ut contra etiam, ne resistentes pertina-
 citer primos² caedendo ad se perveniret hostis,
 6 pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant
 repente, et in suos versi partim refugere in secundam
 aciem, partim non recipientes caedere, ut et paulo
 7 ante non adiuti et tunc exclusi. Et prope duo iam
 permixta proelia erant, cum Carthaginienses simul
 cum hostibus, simul cum suis cogerentur manus
 8 conserere. Non tamen ita percussos iratosque in
 aciem acceperere, sed densatis ordinibus in cornua
 vacuumque circa campum extra proelium ciecere,³
 ne pavido⁴ fuga vulneribusque⁵ milite sinceram et
 integram aciem miscerent.

¹ umbonibus *A⁶VJK Aldus, Froben*: umboni *CBDA*:
 -one *A⁶*.

² primos *A⁶VJK Aldus, Froben*: primo *CBDAN*.

³ eiecere *N⁶VJK Aldus, Froben*: eicere *CBDAN*.

⁴ pavido *CBD*: -dos *ANVJK Aldus, Froben* (*with milites below, as have DANVJK*).

⁵ -que *N Aldus, Froben, Madvig, Conway*: om. *CBDA*:
VJK have et before noun.

¹ Livy here departs from Polybius' statements (xiii. 1), which probably had already suffered a text corruption still remaining in our MSS. and some editions. If the enemy were at once dislodged there would seem to be no need of

enemy by their own weight and that of their arms ; on B.C. 202
the other side repeated charges at high speed but with
less power. Consequently by the first attack the
Romans at once dislodged the enemy's line. Then
beating them back with their shoulders and the bosses
of their shields,¹ being now in close contact with
men forced from their position, they made con-
siderable progress, as no one offered any resistance,
while as soon as they saw that the enemy's line had
given way, even the rear line pressed upon the first,
a circumstance which of itself gave them great force
in repulsing the enemy. Among the enemy so far
was their second line, the Africans and Carthaginians,
from supporting the auxiliaries as they gave way,
that on the contrary they even drew back for fear
the enemy, by slaying the men of the first line if
these stoutly resisted, should reach themselves.
Accordingly the auxiliaries suddenly retreated and
facing their own men, some found refuge in the second
line, others, having been refused aid shortly before,
and also admission now to the ranks, slashed at those
who would not make place for them. And by this time
there were almost two battles in one, since the Cartha-
ginians were forced to engage with the enemy and
at the same time with their own men. Nevertheless
even so they did not admit the panic-stricken,
angry men into the line, but closing up their ranks,
they forced them out upon the wings and into the
empty plain on this side and that outside of the
battle, in order not to contaminate their own line,
still intact and fresh, with soldiers alarmed by the
flight and their wounds.

pushing, instead of continuing to use their weapons. Cf.
Meyer *l.c.* 408 f.; De Sanctis 607.

9 Ceterum tanta strages¹ hominum armorumque
 locum in quo steterant paulo ante auxiliares com-
 pleverat ut prope difficilior transitus esset quam per
 10 confertos² hostes fuerat. Itaque qui primi erant,
 hastati, per cumulos corporum armorumque et
 tabem³ sanguinis, qua quisque poterat, sequentes
 hostem et signa et ordines confuderunt. Principum
 quoque signa fluctuari coeperant vagam ante se
 11 cernendo aciem. Quod Scipio ubi vidit, receptui
 propere canere hastatis iussit et sauciis in postremam
 aciem subductis principes triariosque in cornua
 inducit, quo tutior firmiorque media hastatorum acies
 12 esset. Ita novum de integro proelium ortum est;
 quippe ad veros hostes perventum erat, et armorum
 genere et usu militiae et fama rerum gestarum et
 13 magnitudine vel spei vel periculi pares. Sed et
 numero superior Romanus erat et animo, quod iam
 equites, iam elephantos fuderat, iam prima acie
 pulsa in secundam pugnabat.

XXXV. In tempore Laelius ac Masinissa pulsos⁴
 per aliquantum spatii secuti equites, revertentes in
 aversam hostium aciem incurrere. Is demum equi-
 2 tum impetus perculit⁵ hostem. Multi circumventi

¹ strages *N*² or *N*¹(*alt.*)*VJK Froben 2*: strage *CBDAN Aldus*.

² confertos *CBD*¹*VJK Froben 2*: -tissimos *AN Aldus*.

³ tabem *Aldus, Eds.*: tabe *C*: tabes *BDAN*: labem
*A*¹*JK Froben 2*: luem *V*.

⁴ pulsos *CBDAN Aldus, Froben*: fusos *A*¹*N*¹*VJK*.

⁵ perculit *A*¹*N*¹*JK Froben 2*: pertulit *V*: fudit *CBDAN Aldus*.

¹ After a pause, while Hannibal also was reforming his lines, in what manner we are not told. For Scipio's reorganization of his front—a notable feat—see Polybius xiv. 3 ff.

² *I.e.* the Carthaginians in the second line, together with the Libyan and Macedonian mercenaries; xxxiii. 5. In Polybius

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
552

in acie caesi; multi¹ per patentem circa campum
fuga sparsi tenente omnia equitatu passim interie-
3 runt. Carthaginensium sociorumque caesa eo die
supra viginti milia; par ferme numerus captus cum
signis militaribus centum triginta duobus,² elephantis
undecim; victores ad mille et quingenti³ cecidere.
4 Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum
elapsus Hadrumetum perfugit, omnia et ante aciem
et in proelio,⁴ priusquam excederet pugna, expertus,
5 et confessione etiam Scipionis omniumque peritorum
militiae illam laudem adeptus, singulari arte aciem co
6 die instruxisse: elephantos in prima fronte, quorum
fortuitus impetus atque intolerabilis vis signa sequi
et servare ordines, in quo plurimum spei ponerent,
7 Romanos prohiberent; deinde auxiliares ante
Carthaginensium aciem, ne homines mixti ex⁵
conlutione omnium gentium, quos non fides teneret,
8 sed merces, liberum receptum fugae haberent, simul
primum ardorem atque impetum⁶ hostium excipien-
tes fatigarent ac, si nihil aliud, vulneribus suis ferrum

¹ multi *Froben 2*: om. *CBDANVJK Aldus*.

² *cxxxii CBDAN*: *cxxxiii Aldus, Froben*: *xxxii (or in full) VJK*.

³ mille et quingenti *C* (∞ et d), cf. *Polyb. XV. xiv. 9*: mille et c *V*: x et *BD*: x *B¹?AN*: decem milia *JK Aldus, Froben*.

⁴ et ante aciem et in proelio *conj. Duker, Drakenborch, Eds.*: phrases are reversed in *CBDANVJK*: et in proelio et labante acie *Madvig, Emend.*: et ante proelium et in acie *Weidner*: et integro proelio et inclinante acie *M. Müller*.

⁵ ex *A²?N²VJK Aldus*: et *CBDAN*: om. *Froben 2*.

⁶ atque impetum *CBDAN Aldus*: om. *VJK Froben 2*.

¹ His base (Sousse), xxix. 1. His ships were there. The distance from Zama is greatly exaggerated by Nepos *Hann. 6. 3* (300 miles, he says), while Appian *Pun. 47* makes it even 375. Both claim that he covered the distance in two days

and slain in the battle-line, many were scattered in flight over the open plain all around, and as the cavalry were in complete possession, they perished everywhere. Over twenty thousand of the Carthaginians and their allies were slain on that day. About the same number were captured, together with one hundred and thirty-two military standards and eleven elephants. Of the victors about fifteen hundred fell. B.C. 202

Hannibal, escaping with a few horsemen in the midst of the confusion, fled to Hadrumetum,¹ having tried every expedient both before the battle and during the engagement before he withdrew from the fray. And even by Scipio's admission and that of all the military experts he had achieved this distinction, that he had drawn up his line that day with extraordinary skill: the elephants in the very front, that their haphazard charge and irresistible strength might prevent the Romans from following their standards and keeping their ranks, upon which tactics they based most of their hopes; then the auxiliaries in front of the line of Carthaginians, that men who were brought together from the offscouring of all nations and held not by loyalty but by their pay might have no way of escape open to them; that at the same time, as they met the first fiery attack of the enemy, they might exhaust them, and if they could do no more, might blunt the enemy's swords

and two nights. In reality Zama Regia is about 90 miles due west of Hadrumetum. Naraggara would be ca. 170 Roman miles from that seaport, if the shorter and less rugged southerly route was taken. Every probability, however, favours the supposition that the battle was fought much nearer to Sicca Veneria, and not more than 120 miles from Hadrumetum; cf. p. 547 ff.

9 hostile¹ hebetarent; tum, ubi omnis spes esset,²
 milites Carthaginienses Afrosque, ut, omnibus rebus
 aliis pares, eo quod integri cum fessis ac sauciis pugna-
 rent superiores essent; Italicos intervallo quoque di-
 10 remptos,³ incertos socii an hostes essent, in postre-
 mam aciem summos. Hoc edito velut ultimo vir-
 tutis opere, Hannibal cum Hadrumetum refugisset,⁴
 accitusque inde Carthaginem sexto ac tricesimo post
 11 anno quam puer inde profectus erat redisset, fassus in
 curia est non proelio modo se sed⁵ bello victum, nec
 spem salutis alibi quam in pace impetranda⁶ esse.

XXXVI. Scipio confestim a proelio expugnatis
 hostium castris direptisque cum ingenti praeda ad
 2 mare ac naves rediit, nuntio allato P. Lentulum cum
 quinquaginta rostratis, centum onerariis cum omni
 3 genere commeatus ad Uticam accessisse. Ad-
 movendum igitur undique terrorem percussae Car-
 thagini ratus, misso Laelio Romam cum victoriae
 nuntio, Cn. Octavium terrestri itinere ducere legiones
 Carthaginem iubet; ipse, ad suam veterem nova
 Lentuli classe adiuncta, profectus ab Utica portum
 4 Carthaginis petit. Haud procul aberat cum velata
 infulis ramisque oleae Carthaginensium occurrit
 navis. Decem legati erant, principes civitatis,

¹ hostile *VJK Froben 2*: hostium *CBDAN Aldus*.

² esset *A²JK Aldus, Froben*: essent *N²*: erat *V*: *om. CBDAN*.

³ intervallo quoque diremptos *A²?N²VJK, Aldus, Froben, most Eds.*: transposed to follow summos *Conway*; to follow hostes essent *Harant, Riemann*: *om. CBDAN Alschefski, Madvig 1872*.

⁴ refugisset *CBDAN Froben 2*: fugisset *VJK*: per- *Aldus*.

⁵ se sed *VK Froben 2*: si sed *J*: sese .d. *C*: ×se ×se *B*: (modo, s esse *D*: se esse sed (set *N*) *AN Aldus*.

⁶ impetranda *CBA²N²V Aldus*: -trande *B²DAN*: -trata *JK Froben 2*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

- auctore Hannibale missi ad petendam pacem.
- 5 Qui cum ad puppim praetoriae navis accessissent
 velamenta supplicum porrigentes, orantes implo-
 6 rantesque fidem ac misericordiam Scipionis, nullum
 iis aliud responsum datum quam ut Tynetem veni-
 rent; eo se moturum castra. Ipse ad contemplan-
 dum Carthaginis situm ¹ non tam noscendi in praesen-
 tia quam deprimendi ² hostis causa provectus ³
 Uticam, eodem et Octavio revocato, rediit.
- 7 Inde procedentibus ad Tynetem nuntius allatus
 Verminam Syphacis filium cum equitibus pluribus
 quam peditibus venire Carthaginensibus auxilio.
- 8 Pars exercitus cum omni equitatu ⁴ Saturnalibus ⁵
 primis agmen adgressa Numidarum ⁶ levi certamine
 fudit. Exitu quoque fugae intercluso ab omni
 parte circumdatis equitibus quindecim milia hominum
 caesa, mille et ducenti vivi capti, et equi Numidici
 mille et quingenti, signa militaria duo et septuaginta;
 regulus ipse inter tumultum cum paucis effugit.
- 9 Tum ad Tynetem eodem quo antea ⁷ loco castra
 posita, legatique triginta ab Carthagine ad Scipionem
 venerunt.

¹ situm, after this Johnson, Conway insert provectus in portum as omitted line. Froben emended ad contemplandum . . . situm to ab contemplato . . . situ (-ando Gronovius); Alschefski to contemplatus . . . situm.

² deprimendi (varied spellings) CBDAN: terrendi A^s(alt.)VJK Froben: deterrendi x.

³ provectus Alschefski, most Eds.: om. all MSS., Conway.

⁴ equitatu, after this A^sN^sVJK Aldus, Froben, Conway have missa: om. CBDAN Eds.

⁵ Saturnalibus CBDANVJK Eds.: turmalibus Aldus, Froben: maturantibus Madvig: om. (primis also) Riemann.

⁶ Numidarum CBDAN Aldus, Eds.: numidas A^sJK Conway: with in agmine V Froben 2.

⁷ antea VJK Aldus, Froben: ante CBDAN,

citizens, sent at the instance of Hannibal to sue for B.C. 202
 peace. When they approached the stern of the
 flagship, holding out the symbols of suppliants,
 begging and beseeching the help and pity of Scipio,
 no other answer was given them than that they should
 come to Tynes;¹ that thither he would move his
 camp. Scipio sailed near in order to view the situation
 of Carthage, not so much for the purpose of an im-
 mediate reconnoissance as to humiliate the enemy,
 and returned to Utica, recalling Octavius also to
 the same place.

While proceeding from there to Tynes they re-
 ceived news that Vermina,² the son of Syphax,
 commanding more cavalry than infantry was coming
 to the help of the Carthaginians. Part of the in-
 fantry and all the cavalry attacked the column of
 the Numidians on the first day³ of the Saturnalia,
 and routed it after a slight engagement. As even
 the way of escape was cut off, with the cavalry
 surrounding them on all sides, fifteen thousand men
 were slain, twelve hundred captured alive, fifteen
 hundred Numidian horses taken and seventy-two
 military standards. The prince himself in the midst
 of the confusion escaped with a few men. Then camp
 was pitched near Tynes on the same site as before,
 and thirty envoys from Carthage came to Scipio.

¹ Cf. ix. 10; xvi. 1.

² Cf. XXIX. xxxiii. 1 f., 8. Still ruling a large part of his
 father's kingdom; Appian *Pun.* 33.

³ *I.e.* a.d. XIV Kal. Ian., or 17th December. Uncommon
 is so exact a date for a minor event. It suggests one of the
 annalists as a source; hence rejected by those who place the
 greater battle in spring or summer. Other examples, however,
 are: XLI. xxii. 1; XLIV. xx. 1; XLV. ii. 3. See Macrobius
Sat. I. x. 1 ff. Cf. Appendix, p. 552 f.

Et illi quidem multo miserabilius quam antea, quo magis cogebat fortuna, egerunt; sed aliquanto minore cum misericordia ab recenti memoria perfidiae
 10 auditi sunt. In consilio quamquam iusta ira omnes ad delendam stimulabat Carthaginem, tamen cum et quanta res esset et ¹ quam longi temporis obsidio tam
 11 munitae et tam ² validae urbis reputarent, et ipsum Scipionem exspectatio successoris venturi ad paratam ³ alterius labore ac periculo finiti belli famam sollicitaret, ad pacem omnium animi versi sunt.

XXXVII. Postero die revocatis legatis et cum multa castigatione perfidiae monitis ut tot cladibus edocti tandem deos et ius iurandum esse crederent, condiciones pacis dictae, ut liberi legibus suis viverent;
 2 quas urbes quosque agros quibusque finibus ante bellum tenuissent tenerent, populandique finem eo die
 3 Romanus faceret; perfugas fugitivosque et captivos omnes redderent Romanis,⁴ et naves rostratas praeter decem triremes traderent elephantosque quos haberent domitos, neque domarent⁵ alios;

¹ et *N^oVJK Aldus, Froben: om. CBDAN.*

² tam *A Aldus: iam CBDN: om. VJK Froben 2.*

³ paratam *CBDANK Aldus, Froben, Eds.: paratum NN^oV Conway, adding victoriae fructum, which he thinks made a line omitted by P and hence by the rest, except that VN⁴?x have movere fructum.*

⁴ redderent Romanis *CBDAN Aldus: om. VJK Froben 2.*

⁵ neque domarent, here *P resumes (cf. xxx. 14 and xxxviii. 2).*

¹ But the consul (Claudius Nero) who aspired to succeed Scipio never reached Africa. Cf. xxvii. 1 f.; xxxviii ff.; xxxix. 1-3; xlv. 3.

² Condensing Polybius xvii. 3. The following peace terms (with minor differences) are taken from his ch. xviii. Cf. above xvi. 10 ff. for terms previously proposed. See Appian

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LIVY

A.U.C.
552

4 bellum neve in Africa neve extra Africam iniussu
 5 populi Romani gererent; Masinissae res redde-
 6 rent foedusque cum eo facerent; frumentum stipen-
 7 diumque auxiliis, donec ab Roma¹ legati redissent,
 8 praestarent; decem milia talentum argenti, di-
 9 scripta pensionibus aequis in annos quinquaginta,
 10 solverent; obsides centum arbitrato Scipionis darent,
 ne minores quattuordecim annis neu triginta maiores.
 Indutias ita se² daturum, si per priores indutias
 naves onerariae captae quaeque fuissent in navibus
 restituerentur; aliter nec indutias nec spem pacis
 ullam esse.

7 Has condiciones legati cum domum referre³ iussi
 in contione ederent et Gisgo ad dissuadendam pacem
 processisset audireturque a multitudine inquieta
 8 eadem⁴ et inbelli, indignatus Hannibal dici ea in
 tali tempore audirique, arreptum Gisgonem manu
 sua ex superiore loco detraxit. Quae insueta liberae
 civitati species cum fremitum populi movisset,
 9 perturbatus militaris vir urbana libertate "Novem"
 inquit "annorum a vobis profectus post sextum et
 tricesimum annum redii. Militares artes, quas me
 a puero fortuna nunc privata nunc publica docuit,
 probe videor scire; urbis ac fori iura, leges, mores
 10 vos me oportet doceatis." Excusata inprudencia de

¹ ab Roma *A²N¹VJK* : ab romanis *P(3)N*.

² se *P(3)NVJK Aldus, Froben, Eds.* : *om. Conway*.

³ referre, here *VJK Froben 2 have ferre*.

⁴ eadem *om. AN Aldus*.

¹ In Polybius xviii. 6 grain for the entire army for three months and pay until a reply from Rome came.

² Pliny *N.H. XXXIII. 51* (16,000 lbs. of silver a year for 50 years).

others; to wage war neither in Africa nor outside of B.C. 202 Africa without consent of the Roman people. They were to make restitution to Masinissa and frame a treaty with him; to furnish grain and pay to the auxiliaries ¹ until the envoys should return from Rome; to pay ten thousand silver talents,² divided into equal payments for fifty years; to give a hundred hostages selected by Scipio, not younger than fourteen nor older than thirty years. He would grant an armistice, he said, provided the transports captured during the previous armistice and whatever was on board the ships should be returned; otherwise there would be no armistice nor any hope of a peace.

Such terms the envoys were bidden to carry home, and as they announced them in the assembly Gisgo ³ came forward to oppose the peace. While the multitude was listening, equally incapable of keeping a peace and of carrying on a war, Hannibal, indignant that such things should be said and heard at so critical a moment, seized Gisgo and with his own hand dragged him down from the platform. When this novelty for a free state called forth protests from the people, the man of arms, confounded by freedom in the city, said "At nine years of age I left you, and after thirty-six years I have returned. With the soldier's arts, in which from boyhood first my own lot, and then a public exigency gave me training, I may pass as well acquainted. In the rights, laws, usages of the city and the market-place it is you who should train me." Having apologized for his ignorance, he discoursed at length

³ Unknown. Polybius is here the main source, but he mentions no name; xix. 2 ff.

pace multis verbis¹ disseruit, quam nec iniqua et
 11 necessaria esset. Id omnium maxime difficile erat,
 quod ex navibus per indutias captis nihil praeter
 ipsas comparebat naves; nec inquisitio erat facilis,
 12 adversantibus paci qui² arguerentur. Placuit naves
 reddi et homines utique inquiri; cetera quae abessent
 aestimanda Scipioni permitti atque ita pecunia luere
 13 Carthaginienses.—Sunt qui Hannibalem ex acie ad
 mare pervenisse, inde praeparata nave ad regem An-
 tiochum extemplo profectum tradant, postulantique
 ante omnia Scipioni ut Hannibal sibi traderetur re-
 sponsum esse Hannibalem in Africa non esse.

XXXVIII. Postquam redierunt ad Scipionem le-
 gati, quae publica in navibus fuerant ex publicis de-
 scripta rationibus quaestores,³ quae privata profiteri
 2 domini iussi; pro ea summa pecuniae viginti quinque⁴
 milia pondo argenti praesentia exacta; induti-
 aequae Carthaginiensibus⁵ datae in tres menses.
 3 Additum ne per indutiarum tempus alio usquam quam
 Romam mitterent legatos, et quicumque legati
 Carthaginem venissent, ne ante dimitterent eos quam
 Romanum imperatorem qui et quae⁶ petentes

¹ de pace multis verbis *A¹N¹(marg.)VJK Eds. : om. P(3)N, one line.*

² adversantibus paci qui *P(3)N (om. qui DAN) : cum adversantes paci A¹VJK Aldus, Froben : adversantes paci qui N¹(alt.).*

³ quaestores *P(3)NVJK Eds. : quaestor Forchhammer.*

⁴ xxv *P(3)N Eds. : xv VJK.*

⁵ Carthaginiensibus, *in this word P comes to an end.*

⁶ qui et quae *A¹N¹VJK Eds. : qui ita CBDAN.*

¹ Livy condenses Hannibal's plea for a treaty of peace; Polyb. xix. 5–7.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
552

4 venissent certiozem facerent. Cum legatis Carthaginiensibus Romam missi L. Veturius Philo et M. Marcius Ralla et L. Scipio imperatoris frater.
5 Per eos dies commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam vilitatem annonae effecerunt¹ ut pro vectura frumentum nautis mercator relinqueret.
6 Romae ad nuntium primum rebellionis Carthaginensium trepidatum fuerat, iussusque erat Ti. Claudius mature classem in Siciliam ducere atque inde in Africam traicere, et alter consul M. Servilius ad urbem morari, donec quo statu res in Africa
7 essent sciretur. Segniter omnia in comparanda deducendaque classe ab Ti. Claudio consule facta erant, quod patres de pace P.² Scipionis potius arbitrium esse quibus legibus daretur quam consulis
8 censuerant. Prodigia quoque nuntiata sub ipsam famam³ rebellionis terrorem⁴ adtulerant: Cumis solis orbis minui visus et pluit lapideo imbri, et in Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit,
9 arboresque in profundum haustae; Ariciae forum et circa tabernae, Frusinone murus aliquot locis et porta de caelo tacta; et in Palatio lapidibus pluit. Id prodigium more patrio novemdiali sacro, cetera

¹ effecerunt *VJK Froben* 2, *Luchs*: fecerunt *CBDAN Aldus, Eds., Conway*.

² P. *A⁵VJK Luchs*: om. *CBDAN many Eds., Conway*.

³ famam *CN² Aldus, Froben*: om. *BDAN*: fama (*with ipsa*) *A⁵VJK*.

⁴ terrorem, *before the verb DANV Aldus, Froben, Eds., but after, CBJK Conway*.

¹ Veturius had been consul in 206 B.C. (*XXVIII. x.*); Marcius, city praetor in 204 B.C. (*XXIX. xiii. 2*). Lucius Scipio reached the consulship with Laelius in 190 B.C. (*XXXVII. i.*).

for what purpose they had come. With the Car- B.C. 202
thaginian envoys Lucius Veturius Philo and Marcus
Marcus Ralla and Lucius Scipio, brother of the] N-13
general-in-command, were sent to Rome.¹ About
that time supplies from Sicily and Sardinia lowered
the price of grain so much that the merchant would
leave his grain to the mariners to cover the freight.

At Rome upon the first news of the Carthaginians' renewed hostilities there had been alarm, and Tiberius Claudius had been ordered to take his fleet promptly to Sicily and then to cross to Africa, and the other consul, Marcus Servilius, to remain near the city until it should be known what was the state of affairs in Africa. Everything in the assembling and launching of his fleet had been carried on without spirit by Tiberius Claudius, the consul, because the senate had voted that authority over the terms on which peace should be granted belonged to Scipio rather than to the consul.² Reports of prodigies also at the very time when there were rumours of fresh hostilities had inspired alarm. At Cumæ the sun was partially eclipsed and it rained stones, and in the district of Velitrae³ the ground settled in huge cavities and trees were swallowed in the depths. At Aricia the forum and shops round it, at Frusino⁴ the city wall at a number of places and a gate were struck by lightning; and on the Palatine there was a shower of stones. That portent was atoned for by nine days of rites according to ancestral custom,⁵

² Cf. xxiii. 3 f.; xxvii. 1-4.

³ Now Velletri, just beyond the Alban Hills and 8 miles from Aricia.

⁴ Now Frosinone; on the Via Latina, while Aricia lay on the Appia, 16 m.p. from Rome.

⁵ Cf. Vol. VII. p. 90, note.

LIVY

A.U.C.
552 10 hostiis maioribus expiata. Inter quae etiam aquarum
insolita magnitudo in religionem versa; nam ita
abundavit Tiberis ut ludi Apollinares circo inundato
extra portam Collinam ad aedem Erycinae Veneris
11 parati sint. Ceterum ludorum ipso die subita
serenitate orta pompa duci coepta ad portam Collinam
revocata deductaque ¹ in circum est cum decessisse ²
12 inde aquam nuntiatum esset; laetitiamque populo et
ludis celebritatem addidit sedes sua sollemni specta-
culo reddita.

XXXIX. Claudium consulem, profectum tandem
ab urbe, inter portus Cosanum Loretanumque atrox
vis tempestatis adorta in metum ingentem adduxit.
2 Populonium inde cum pervenisset stetitque ibi,
dum reliquum tempestatis exsaeviret, Ilvam insulam
et ab Ilva Corsicam, a Corsica in Sardiniam traiecit.
Ibi superantem Insanos montes multo et ³ saevior et
infestioribus locis tempestas adorta disiecit classem.
3 Multae quassatae armamentisque spoliatae naves,
quaedam fractae. Ita vexata ac lacerata classis
Carales tenuit. Ubi dum subductae reficiuntur naves,
hiems oppressit circumactumque anni tempus, et
nullo prorogante imperium privatus Ti. Claudius
4 classem Romam reduxit. M. Servilius, ne comitorum

¹ deductaque *A¹VJK Aldus, Froben*: ductaque *CBDAN*.

² decessisse *A¹N¹?VJK Aldus, Froben, Eds.*: cessori *CDAN*: re- *Alschevski, Madvig*.

³ et *CBDA¹VJK Froben 2*: om. *AN Aldus*.

¹ On the Via Salaria outside (but near) the Porta Collina. Not built until 181 B.C. Livy uses it here merely as a landmark; XL. xxxiv. 4; Strabo VI. ii. 6.

² Mentioned in XXII. xi. 6; cf. XXVII. x. 8. Portus Loretanus is unknown.

³ Now Piombino; cf. XXVIII. xlv. 15.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



causa ad urbem revocaretur, dictatore dicto C. Servilio Gemino, in provinciam est profectus. Dictator magistrum equitum P. Aelium Paetum dixit.
5 Saepe comitia indicta perfici tempestates prohibuerunt; itaque cum pridie idus Martias veteres magistratus abissent,¹ novi suffecti non essent, res publica sine curulibus magistratibus erat.

6 T. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus; in locum eius suffectus C.² Sulpicius Galba. Ab L. Licinio Lucullo et Q. Fulvio aedilibus curulibus ludi
7 Romani ter toti³ instaurati. Pecuniam ex aerario scribae viatoresque aedilicii clam egressisse per indicem⁴ damnati sunt, non sine infamia Luculli
8 aedilis. P. Aelius Tubero et L. Laetorius aediles plebis vitio creati magistratu se abdicaverunt, cum ludos ludorumque causa epulum Iovi fecissent et signa tria⁵ ex multatio argento facta in Capitolio posuissent. Cerialia ludos dictator et magister equitum ex senatus consulto fecerunt.

XL. Legati ex Africa Romani simul Carthaginiensesque cum venissent Romam, senatus ad aedem
2 Bellonae habitus est. Ubi⁶ cum L. Veturius Philo pugnatum cum Hannibale esse suprema Carthaginien-

¹ abissent *CBDANJK Aldus, Froben*: -essent *N²V*.

² C. *CA²JK Froben 2*: .Cn. *N²V*: om. *BDAN Aldus*.

³ ter toti *CBDAN Aldus*: tertio *A²N²VJK Froben 2*.

⁴ indicem, after this *z Aldus, Froben, Eds. add comperti*; om. by *CBDANVJK Alshefski, Conway*.

⁵ tria *A⁶ Aldus, Froben*: aerea *C*: (signa)ria *BDAN*: militaria *A²JK*.

⁶ Ubi *CBDAN Aldus, Froben*: ibi *VJK*.

¹ Consul in 203 B.C.; xix. 6 ff.; **XXIX.** xxxviii. 3.

² The stern defender of every ancient custom; cf. especially XXII. lx ff., after Cannae, 19 years after his first consulship; XXIII. xxii. 7; above, ii. 8.

the city to hold the elections, named Gaius Servilius ^{B.C. 202} Geminus ¹ dictator and went to his province. The dictator named Publius Aelius Paetus master of the horse. Repeatedly a date for the elections was announced, but storms prevented them from taking place. Consequently, since the old magistrates had left office on the eve of the Ides of March and new men had not been elected in their places, the state had no curule magistrates.

Titus Manlius Torquatus,² the pontiff, died that year and Gaius Sulpicius Galba was named in his place. The Roman Games were repeated three times throughout by Lucius Licinius Lucullus and Quintus Fulvius, the curule aediles. For having secretly abstracted money from the Treasury, clerks and messengers of the aediles were condemned on evidence of an informer, not without disgrace for Lucullus as aedile. Publius Aelius Tubero and Lucius Laetorius, owing to a defect in their election as plebeian aediles, abdicated their office after they had conducted the games and in connexion with them a banquet for Jupiter, and had placed on the Capitol three statues of which the cost was met by money paid in fines. The festival of Ceres was under the direction of the dictator and master of the horse by decree of the senate.

XL. Upon the arrival at Rome of the envoys from Africa, the Roman and the Carthaginian at the same time, the senate sat in the Temple of Bellona.³ There Lucius Veturius Philo⁴ to the great joy of the senators set forth how they had fought with Hannibal in a battle that was for the Carthaginians their last,

³ Cf. xxi. 12 and note.

⁴ Cf. xxxviii. 4.

LIVY

A.U.C.
552

sibus pugna finemque tandem lugubri bello inpositum
3 ingenti laetitia patrum exposuisset, adiecit Verminam
etiam Syphacis filium, quae parva bene gestae rei
accessio erat, devictum. In contionem inde ¹ prodire
4 iussus gaudiumque id populo inpertire. Tum pate-
facta ² gratulationi ³ omnia in urbe templa suppli-
cationesque in triduum decretae. Legatis Cartha-
giniensium et Philippi regis—nam hi ⁴ quoque vene-
rant—petentibus ut senatus sibi daretur responsum
iussu patrum ab dictatore est consules novos iis
senatum daturus esse.

5 Comitia inde habita. Creati consules Cn. Cornelius
Lentulus, P. Aelius Paetus; praetores M. Iunius
Pennus, cui sors urbana evenit, M. Valerius Falto
Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Aelius
6 Tubero Siciliam est sortitus. De provinciis consulum
nihil ante placebat agi quam legati Philippi regis et
Carthaginensium auditi essent; belli finem alterius,
alterius principium prospiciebant animis.

A.U.C.
552

7 Cn. Lentulus consul cupiditate flagrabat provinciae
Africae, seu bellum foret, facilem ⁵ victoriam,⁶
seu iam finiretur, finiti tanti belli se ⁷ consule gloriam
8 petens. Negare itaque prius quicquam agi passurum
quam sibi provincia ⁸ Africa decreta esset, concedente

¹ inde *A^sN^sVJK Aldus, Froben : om. CBDAN.*

² patefacta *C⁷B¹A^sN^sVJK Froben 2 : paterfacta CBD :
patuere facta AN Aldus (faciendae Gronovius).*

³ gratulationi *Gronovius : -ne CBDANVJK.*

⁴ hi *BANV : hii CDA^sJ : ii K Aldus, Froben.*

⁵ facilem *CBDN^sVJK : facile AN.*

⁶ victoriam *N^sVJK Froben 2 : victoriam fore CBDAN
Aldus.*

⁷ se *CBDANVJK Aldus, Froben, Alschefski, Conway : a
se J. Perizonius, Eds.*

⁸ provincia *A^sN^sVJK : -iam C : om. BDAN Aldus,
Froben.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

conlega, moderato viro et prudenti, qui gloriae eius certamen cum Scipione, praeterquam quod iniquum
 9 esset, etiam impar futurum cernebat. Q. Minucius Thermus et M'. Acilius Glabrio tribuni plebis rem
 10 priore anno¹ nequiquam temptatam ab Ti. Claudio consule Cn. Cornelium temptare aiebant; ex auctoritate patrum latum ad populum esse cuius vellent imperium in Africa esse; omnes quinque et triginta
 11 tribus P. Scipioni id imperium decrevisse.² Multis contentionibus et in senatu et ad populum acta res postremo eo deducta est ut senatui permitterent.
 12 Patres igitur iurati—ita enim convenerat—censerunt uti consules provincias inter se compararent sortirenturve uter Italiam, uter classem navium quinquaginta haberet; cui classis obvenisset in Siciliam
 13 navigaret; si pax cum Carthaginiensibus componi nequisset, in Africam traiceret; consul mari, Scipio eodem quo adhuc iure imperii terra rem gereret; si
 14 condiciones convenirent pacis, tribuni plebis populum rogarent utrum consulem an P. Scipionem iuberent pacem dare, et quem, si deportandus exercitus victor
 15 ex Africa esset, deportare; si pacem per P. Scipionem dari atque ab eodem exercitum deportari iussissent,
 16 ne consul ex Sicilia in Africam traiceret. Alter con-

¹ priore anno *A·N·VJKx Aldus, Froben*: anno *C*: *om. BDAN.*

² decrevisse *CB¹?DA⁵*: -cresse *BANJK*: -cretum *N⁶*.

¹ Cf. xxvii. 2 ff.

He had the consent of his colleague, a moderate B.C. 201
 man and wise who saw that a contest with Scipio
 for that glory not only was unfair but also would
 prove unequal. Quintus Minucius Thermus and
 Manius Acilius Glabrio, tribunes of the plebs,
 declared that Gnaeus Cornelius was attempting what
 had been vainly attempted in the preceding year by
 Tiberius Claudius, the consul;¹ that by authority
 of the senators the question whom they wished to
 have the high command in Africa had been brought
 before the people; that all thirty-five tribes had
 awarded that command to Scipio. After many
 disputes, while the matter was before the senate and
 the people as well, the decision was ultimately left
 to the senate. The senators therefore under oath²—
 for such had been the agreement—decided that the
 consuls should determine their provinces by mutual
 agreement or by lot, which of them was to have Italy
 and which the fleet of fifty ships; that he to whom
 the fleet fell should sail to Sicily, and if peace could
 not be arranged with the Carthaginians, he should
 cross over to Africa; that the consul should conduct
 operations on the sea and Scipio on the land, with the
 same authority to command as heretofore; that if
 the peace terms should be agreed upon, the tribunes
 of the plebs should bring before the people the
 question whether to order the consul or Publius
 Scipio to grant peace, and, if the victorious army was
 to be brought back from Africa, who was to bring it
 back. If the people should order that peace be
 granted through Publius Scipio, and that the army
 should be brought back by him as well, the consul
 should not cross over from Sicily to Africa. The other

² An exceptional practice; XXVI. xxxiii. 14; XLII. xxi. 5.

sul, cui Italia evenisset, duas legiones a M. Sextio praetore acciperet.

XLI. P. Scipioni cum exercitibus quos haberet in provincia Africa prorogatum imperium. Praetoribus¹ M. Valerio Faltoni duae legiones in Brutiis quibus² C. Livius priore anno praefuerat decretae; P. Aelius² duas legiones in Sicilia ab Cn. Tremelio acciperet; legio una M. Fabio in Sardiniam quam P. Lentulus³ pro praetore habuisset decernitur. M. Servilio prioris anni consuli cum suis duabus item legionibus in⁴ Etruria³ prorogatum imperium est. Quod ad Hispanias attineret, aliquot annos iam ibi⁴ L. Cornelium Lentulum et L. Manlium Acidinum esse; uti⁵ consules cum tribunis agerent ut,⁶ si iis videretur, plebem rogarent cui iuberent in Hispania imperium⁵ esse; is ex duobus exercitibus⁷ in unam legionem conscriberet Romanos milites et in quindecim cohortes socios Latini nominis, quibus provinciam obtineret; veteres milites L. Cornelius et L. Manlius in Italiam⁶ deportarent. Consuli quinquaginta navium classis ex duabus classibus,⁸ Cn. Octavi quae in Africa esset,

¹ Praetoribus *BDANV*: -torio *C*: -tori *A^oJK Aldus, Froben.*

² Aelius, after this praetor (or \overline{pr}) *CBDANVJK Aldus, Froben, Eds.*: rejected by Conway as probably a gloss.

³ Etruria, with this *D* comes to an end.

⁴ annos iam ibi *CA^oVJK*: iam annos ibi *x Aldus, Froben*: om. *BAN.*

⁵ uti *C*: ut *K*: ut hii *A^oN^oV(hi)J*: ut ii *x Aldus, Froben.*

⁶ ut *CBAN*: after videretur *A^oN^oVJK Aldus, Froben.*

⁷ ex duobus exercitibus *CA^oN^oVJK Eds.*: om. *BA.*

⁸ classibus, here *AN* desert us, but missing text is supplied by *A^oN^o.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



et ¹ P. Villi quae Siciliae oram tuebatur, decreta, ut
 7 quas vellet naves deligeret. P. Scipio quadraginta ²
 naves longas quas habuisset haberet; ³ quibus si
 Cn. Octavium, sicut praefuisset, praeesse vellet,
 Octavio pro praetore in eum annum imperium
 8 esset; si Laelium praeficeret, Octavius Romam dece-
 deret reduceretque naves quibus consuli ⁴ usus non
 esset. Et M. Fabio in Sardiniam decem longae naves
 9 decretae. Et consules duas urbanas legiones scribere
 iussi, ut quattuordecim legionibus eo anno, centum
 navibus longis res publica administraretur.

XLII. Tum de legatis Philippi et Carthaginien-
 2 sium actum. Priores Macedonas introduci placuit;
 quorum varia oratio fuit, partim purgantium quae
 questi erant missi ad regem ab Roma legati de popu-
 latione sociorum, partim ultro accusantium quidem et
 3 socios populi Romani, sed multo infestius M. Aure-
 lium, quem ex tribus ad se missis legatis dilectu
 habito substituisse et se bello lacesse contra foedus et
 saepe cum praefectis suis signis conlatis pugnasse,
 4 partim ⁵ postulantium ut Macedones duxque eorum
 Sopater, qui apud Hannibalem mercede militassent,

¹ et *Cx*: *om.* BA[•]N[•]VJK Aldus, Froben.

² quadraginta (*or numerals*) BA[•]N[•]VJK: xxx C: L
 Aldus, Froben.

³ haberet, *here* CB: *before* quas habuisset A[•]N[•]VJK
 Aldus, Froben.

⁴ consuli *z* Eds.: con[̄] C: cos B: consulibus A[•]N[•]VJK:
 proconsuli Aldus, Froben.

⁵ partim Froben, Eds.: *om.* CBA[•]N[•]VJK Aldus.

that of Publius Villius, which was defending the coast B.C. 201 of Sicily, the consul being free to select such ships as he pleased. Publius Scipio was to have the forty war-ships which he had before,¹ and if he desired that Gnaeus Octavius should command them, as he had done, Octavius was to have military authority as propraetor for that year. If he should name Laelius commander, Octavius was to leave the province for Rome and to bring back such ships as the consul did not need. Ten war-ships also were assigned to Marcus Fabius for Sardinia. And the consuls were ordered to enrol two city legions, so that in that year the state was carried on with fourteen legions² and a hundred war-ships.

XLII. Then the senate deliberated concerning the embassies of Philip and the Carthaginians. It was decided that the Macedonians should be brought in first. Their speeches were in different veins, as some of them tried to excuse acts of which envoys who were sent from Rome to the king in regard to the ravaging of allied territory had complained. Others actually turned accuser, attacking allies of the Roman people, to be sure, but Marcus Aurelius with much more violence, alleging that, being one of three envoys³ sent to them, he had conducted a levy, had remained and made war upon them in violation of the treaty, and had repeatedly engaged in regular battles with their commanders. Still others demanded that the Macedonians and their general, Sopater, who as mercenaries had

¹ For Scipio's original fleet (30 ships) cf. XXVIII. xlv. 21; then 40, XXIX. xxvi. 3. Fifty more from Sardinia (above, xxxvi. 2 f.), now under the command of Octavius.

² Including the two in Gaul; xl. 16; xxvii. 7.

³ Cf. xxvi. 4.

tum capti¹ in vinclis essent, sibi restituerentur.
 5 Adversus ea M. Furius, missus ad id ipsum ab Aurelio
 ex Macedonia, disseruit Aurelium relictum, ne socii
 populi Romani fessi populationibus vi atque iniuria ad
 regem deficerent; finibus sociorum¹ non excessisse;
 6 dedisse operam ne impune in agros eorum populatores
 transcenderent. Sopatrum ex purpuratis et pro-
 pinquis regis esse; eum cum quattuor milibus Mace-
 donum et pecunia missum nuper in Africam esse
 7 Hannibali et Carthaginensibus auxilio. De his rebus
 interrogati Macedones cum perplexe responderent,
 nequaquam ipsi simile² responsum tulerunt: bellum
 quaerere regem et, si pergat, propediem inventurum.
 8 Dupliciter ab eo foedus violatum, et quod sociis
 populi Romani iniurias fecerit ac³ bello armisque
 laccessiverit, et quod hostes auxiliis et pecunia iuverit.
 9 Et P. Scipionem recte atque ordine fecisse videri et
 facere, quod eos qui arma contra populum Romanum
 ferentes capti sint hostium numero in vinclis habeat,
 10 et M. Aurelium e re publica facere, gratumque id
 senatui esse quod socios populi Romani, quando iure
 foederis non possit,⁴ armis tueatur.
 11 Cum hoc tam tristi responso dimissis Macedonibus,

¹ tum capti *CB*: capti *A¹N¹VJ*: captique *K Aldus, Froben.*

² nequaquam ipsi simile *Novák, most recent Eds.*: nequaquam ipsi mite *Conway*: neq. ipsi mite *C Alschefski (neque)*: *om. B (lacuna)*: ipsi ante *A¹N¹VJK Aldus, Froben*: ipsi non anceps *Madvig*: ipsi apertum *Weissenborn.*

³ ac *CB Eds.*: *om. A¹N¹VJK Aldus, Froben.*

⁴ possit *CB¹K*: posset *A¹N¹VJK Aldus, Froben.*

¹ As being mercenaries, not really belligerents.

² No doubt still disputed, so that *ex Macedonia* just above is only an apparent conflict.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

legati Carthaginienses vocati. Quorum aetatibus dignitatibusque conspectis—nam longe primi civitatis erant—tum pro se quisque dicere vere de
 12 pace agi. Insignis tamen inter ceteros Hasdrubal erat—Haedum populares cognomine appellabant—, pacis
 13 semper auctor adversusque factioni Barcinae. Eo tum plus illi auctoritatis fuit belli culpam in paucorum
 14 cupiditatem ab re publica transferenti. Qui cum varia oratione usus esset, nunc purgando crimina, nunc quaedam fatendo, ne impudenter certa negantibus difficilior¹ venia esset, nunc monendo etiam patres conscriptos ut rebus secundis modeste ac moderate
 15 uterentur—si se atque Hannonem audissent Carthaginienses et tempore uti voluissent, daturus fuisse pacis condiciones quas tunc peterent. Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari;
 16 populum Romanum eo invictum esse quod in secundis rebus sapere et consulere meminerit. Et hercule
 17 mirandum fuisse, si aliter faceret.² Ex insolentia quibus nova bona³ fortuna sit inpotentes laetitiae insanire; populo Romano usitata ac prope iam obsoleta ex victoria gaudia esse, ac plus paene parcendo
 18 victis quam vincendo imperium auxisse. Ceterorum miserabilior oratio fuit, commemorantium⁴ ex quantis opibus quo reccidissent Carthaginensium res:

¹ difficilior *CB Froben* 2 : difficilis *A^sN^sVJK Aldus*.

² faceret *CB Aldus* : -rent *A^sN^sVJK Froben*.

³ bona *CBA⁶JK Eds.* : om. *A^sN^sV* (nova also).

⁴ commemorantium *A^sN^sVJK Eds.* : -ratio *CB*.

¹ Cf. xliv. 5; Appian *Pun.* 49 *fin.*, 53, but the occasion is different.

² See p. 440, n. 1.

were dismissed and the Carthaginian ambassadors summoned. When the senators observed the age and high station of each—for these were the very first of the citizens—thereupon all agreed that they were really treating for peace. Most conspicuous among them, however, was Hasdrubal surnamed Haedus¹ among his people, always a supporter of peace and an opponent of the Barcine party. Hence he had all the more weight then, as he shifted the blame for the war from the state to the greed of the few. His speech was in different keys, now excusing what was charged, now making some admissions, lest pardon should be harder to obtain if they shamelessly denied known facts, and now even admonishing the conscript fathers to make a moderate and restrained use of their good fortune. He said that if the Carthaginians had listened to him and to Hanno² and had been minded to take advantage of the right moment, the Romans would have given the terms of peace which they were at that time seeking; that seldom were men given good fortune and good judgment at the same time; that the Roman people was invincible for the reason that in its good fortune it remembered to be wise and to take counsel. And certainly, he said, it would have been wonderful if its practice were different. Men whose good fortune was new because of its strangeness went wild, unable to control their rejoicing; for the Roman people the joys of victory were familiar and now all but threadbare, and they had enlarged their empire almost more by sparing the vanquished than by conquest. The rest of the speakers employed more pathos as they stated from what wealth the Carthaginians' situation had fallen to what depths; that men who

B.C. 201

nihil iis qui modo orbem prope terrarum obtinuerint¹ armis superesse praeter Carthaginis moenia; 19 his inclusos non terra, non mari quicquam sui iuris cernere; urbem quoque ipsam ac penates ita habituros,² si non in ea³ quoque, quo nihil ulterius sit, 20 saevire populus Romanus velit.⁴ Cum flecti misericordia patres appareret, senatorum⁵ unum infestum perfidiae Carthaginensium succlamasse ferunt 21 per quos deos foedus icturi essent, cum eos per quos ante ictum esset fefellissent. "Per eosdem" inquit Hasdrubal, "quoniam tam infesti sunt foedera violentibus".

XLIII. Inclinatorum omnium ad pacem animis Cn. Lentulus consul, cui classis provincia erat, senatus 2 consulto intercessit. Tum M'. Acilius et Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt vellent iuberentne senatum decernere ut cum Carthaginensibus pax fieret; et quem eam pacem dare, quemque ex 3 Africa exercitum deportare iuberent. De pace 'Uti rogas'⁶ omnes tribus iusserunt; pacem dare 4 P. Scipionem, eundem exercitum deportare. Ex hac rogatione senatus decrevit ut P. Scipio ex decem legatorum sententia pacem cum populo Cartha-

¹ obtinuerint CB(-runt): -uissent A⁵N⁵VJK Aldus, Froben.

² habituros CBK Aldus, Froben: -tatuos A⁵N⁵VJ.

³ ea, CA⁶? add moenia: Aldus, reads ea quoque moenia.

⁴ velit A⁵N⁵VJK Aldus, Froben: vellet CB.

⁵ senatorum CBA⁶ Aldus, Froben: -rem A⁵N⁵VJK.

⁶ rogas C Sigonius: rogatae erant B Froben 2: -asset A⁵: -assent Aldus: rogant C⁵?: the entire sentence is om. by A⁵N⁵VJK.

¹ A relative of Lentulus the consul according to Appian *Pun.* 62.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



5 giniensi quibus legibus ei videretur faceret. Gratias
 deinde patribus egere Carthaginenses et petierunt
 ut sibi in urbem introire et colloqui cum civibus suis
 6 liceret qui capti in publica custodia essent; esse in iis
 partim propinquos amicosque suos, nobiles homines,
 partim ad quos mandata a propinquis haberent.
 7 Quibus conventis cum rursus peterent ut sibi quos
 vellent ex iis redimendi potestas fieret, iussi nomina
 8 edere; et cum ducenta¹ ferme ederent, senatus
 consultum factum est ut legati Romani ducentos ex
 captivis, quos Carthaginenses vellent, ad P. Corne-
 lium² in Africam deportarent, nuntiarentque ei
 ut, si pax convenisset, sine pretio eos Cartha-
 9 giniensibus redderet. Fetiales cum in Africam ad foe-
 dus feriundum ire iuberentur, ipsis postulantibus
 senatus consultum in haec verba factum est, ut pri-
 vos³ lapides silices privasque⁴ verbenas secum
 ferrent, ut, ubi⁵ praetor Romanus iis imperaret ut
 foedus ferirent, illi praetorem sagmina poscerent.
 Herbae id genus ex arce sumptum fetialibus dari
 solet.

10 Ita dimissi ab Roma Carthaginenses cum in
 Africam venissent ad Scipionem, quibus ante dictum

¹ ducenta *Hertz*: -tos *JK Aldus*: in numerals *CBA¹N¹V Froben 2*.

² Cornelium, to this *A¹JK Aldus, Froben add Scipionem*.

³ privos *A¹J Eds.*: primos *A⁶N¹VJK (alt.)*: prius *C¹?B*.

⁴ privasque *x Aldus, Froben*: -masque *CBA¹N¹JK*:
-mas *V*.

⁵ ut, ubi *Madvig*: et uti *C*: et, ubi *Riemann*: uti *A¹N¹BV Aldus, Froben*: ubi *JK apparently*.

people upon such terms as he saw fit. The Cartha- B.C. 201
 ginians thereupon thanked the senators and begged
 permission to enter the city and to converse with
 fellow-citizens who as captives were in prison, saying
 that among them some were their own relatives and
 friends, men of rank, and others men for whom they
 had messages from their relatives. When this was
 arranged and they made a further request that they
 might have the opportunity of ransoming such of
 them as they desired, they were bidden to furnish
 the names. And when they furnished some two
 hundred names a decree of the senate was passed
 that the Roman envoys should carry to Publius^F
 Cornelius in Africa two hundred selected by the
 Carthaginians from the number of the captives,
 and should report to him that, if the peace should be
 agreed to, he was to deliver the captives to the
 Carthaginians without ransom. When orders were
 being given to the fetial priests¹ to go to Africa
 in order to make the treaty, at their own request a
 decree of the senate was passed in these terms:
 that they should each take one flint knife and one
 tuft of foliage with them, in order that when the
 Roman general² ordered them to make the treaty
 they should demand of the general the sacred tufts.
 It is customary to gather foliage of this kind from
 the Citadel and give it to the fetials.

Under these circumstances the Carthaginians were
 sent away from Rome, and having presented them-
 selves to Scipio in Africa, they made peace upon the

¹ For the fetials and their ceremonial see I. xxiv. 4 ff.;
 xxxii. 5 ff.; Servius on *Aen.* IX. 52; X. 14; Varro *L.L.*
 V. 86; Festus 424 ff. L.; Polybius III. 25.

² Conservative religious usage retained this older meaning
 of *praetor*.

LIVY

A.U.C.
553

11 est legibus pacem fecerunt. Naves longas, elephan-
tos, perfugas, fugitivos, captivorum quattuor milia
tradiderunt, inter quos Q. Terentius Cullco senator
12 fuit. Naves provectas in altum incendi iussit.
Quingentas fuisse omnis generis quae remis agerentur
quidam tradunt; quarum conspectum repente in-
cendium tam lugubre fuisse Poenis quam si ¹ ipsa
13 Carthago arderet. De perfugis gravius quam de
fugitivis ² consultum; nominis Latini qui erant
securi percussi, Romani in crucem sublatis.

XLIV. Annis ante quadraginta pax cum Cartha-
giniensibus postremo facta erat, Q. Lutatio, A. Man-
2 lio consulibus. Bellum initum annis post tribus et vi-
ginti, P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, finitum
est septimo decimo anno, Cn. Cornelio, P. Aelio
3 consulibus.³ Saepe postea ferunt Scipionem dixisse
Ti. Claudi primum cupiditatem, deinde Cn. Corneli
fuisse in mora, quo minus id bellum exitio Carthaginis
finiret.⁴

¹ si *C¹?C⁵BA¹N¹VJK Froben 2*: si tum *Cx Aldus*.

² quam de fugitivis *CBA¹N¹VJK Aldus, Froben, Eds.*: corrupt according to Koehler, Conway, comparing *Val. Max. II. vii. 12*, who imitated Livy, perhaps from a text already corrupted (since captured slaves could hardly fail to be mentioned here): follows a lacuna, Weissenborn: tamquam de fugitivis conii. Johnson.

³ consulibus, preceded by a cognomen Paeto (peto) *BA¹N¹JV Froben 2, Eds.*: om. by *CK Aldus, Conway*.

⁴ finiret *CA¹N¹VJ Froben 2, Eds.*: -retur *BN¹2K Aldus*.

¹ With all the traditional formalities, these (and nothing else) being in the hands of the fetials.

² He had been captured in Africa. Cf. *xlvi. 5*. In 195 B.C. he returned to Carthage on an embassy; *XXXIII. xlvii. 7*; again in 171 B.C.; *XLII. xxxv. 7*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LIVY

A.U.C.
553

4 Carthagini¹ cum prima conlatio pecuniae diutino
 bello exhaustis difficilis videretur, maestitiaque et fle-
 tus in curia esset, ridentem Hannibalem ferunt con-
 5 spectum. Cuius cum Hasdrubal Haedus risum incre-
 paret in publico fletu, cum ipse lacrimarum causa
 6 esset, "Si, quem ad modum oris habitus cernitur ocu-
 lis," inquit, "sic et animus intus cerni posset,² facile
 vobis appareret non laeti, sed prope amentis malis
 cordis hunc quem increpatis risum esse; qui tamen
 nequaquam adeo est intempestivus quam vestrae
 istae absurdae atque abhorrentes lacrimae sunt.
 7 Tunc flesse decuit cum adempta sunt nobis arma,
 incensae naves, interdictum externis bellis; illo
 enim volnere concidimus. Nec est cur³ vos otio⁴
 8 vestro consultum ab Romanis credatis. Nulla magna
 civitas diu⁵ quiescere potest; si foris hostem non
 habet, domi invenit, ut praevalida corpora ab ex-
 ternis causis tuta videntur, sed⁶ suis ipsa viribus
 9 onerantur. Tantum nimirum ex publicis malis
 sentimus quantum ad privatas res pertinet, nec in iis
 quicquam acrius quam pecuniae damnum stimulat.
 10 Itaque cum spolia victae Carthagini detrahebantur,
 cum inermem iam ac nudam destitui inter tot armatas
 11 gentes Africae cerneretis,⁷ nemo ingemuit; nunc,

¹ Carthagini *BA¹N¹ Eds.*: -ne *C*: -niensibus *A⁶VJK*
 (-nens-) *Aldus, Froben.*

² posset *CBV Froben 2*: potuisset *A¹N¹JK Aldus.*

³ Nec est cur *Madvig, recent Eds.*: nec est causa cur
Weissenborn: necesse est ne *CB*: necesse in *B¹?A¹N¹VJK*:
 nec esse in *Aldus, Froben.*

⁴ otio *C Eds.*: odio *BA¹N¹VJK Aldus, Froben.*

⁵ diu *Cx Aldus, Froben*: om. *BA¹N¹VJK.*

⁶ sed *BA¹N¹VJK Eds.*: *Johnson would delete: Conway placed Sed at beginning of next sentence, following C, which however om. suis . . . onerantur.*

At Carthage when raising money for the first B.C. 201 payment seemed difficult to men whose resources were drained by the long war, and in the Senate House there was mourning and weeping, they say that Hannibal was seen laughing. When Hasdrubal Haedus¹ upbraided him for laughing while the people wept, he being himself the cause of their tears, he said: "If the mind within us could be seen, just as expression of face is seen by our eyes, it would readily be clear to you that this laughter which you upbraid is not that of a happy spirit but of one almost beside itself through misfortunes. Nevertheless it is by no means so untimely as are those senseless, misplaced tears of yours. The time for us to weep was when our arms were taken from us, our ships burned, foreign wars forbidden; for that wound was fatal to us. And you have no reason to believe that the Romans had regard for your domestic peace. No great state can long be in peace. If it lacks an enemy abroad it finds one at home, just as powerful bodies seem protected against infection from without, but are of themselves weighed down by their very strength. Of course we feel only so much of the public misfortunes as bears upon our private concerns, and in these nothing has so painful a sting as the loss of money. Hence when the spoils were being stripped from vanquished Carthage, although you saw her placed, now unarmed and naked, in the midst of so many armed tribes of Africa, no one moaned,

¹ Cf. xlii. 12.

⁷ cerneretis *BA^sN^sVJK*: -netis *A^s*: -natis *C*: -nebatis
Schenkl.

quia tributum ex privato conferendum est, tamquam in publico funere comploratis. Quam vereor ne propediem sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrimasse." Haec Hannibal apud Carthaginienses.

- 12 Scipio contione advocata Masinissam ad regnum paternum Cirta oppido et ceteris urbibus agrisque quae ex regno Syphacis in populi Romani potestatem
13 venissent adiectis donavit. Cn. Octavium classem in Siciliam ductam Cn. Cornelio consuli tradere iussit, legatos Carthaginiensium Romam proficisci, ut quae ab se ex decem legatorum sententia acta essent, ea patrum auctoritate populi que iussu confirmarentur. XLV. Pace terra marique parta, exercitu in naves in-
2 posito, in Siciliam Lilybaeum traiecit. Inde magna parte militum navibus¹ missa ipse per² laetam pace non minus quam victoria Italiam, effusis non urbibus modo ad habendos honores, sed agrestium etiam turba obsidente vias, Romam pervenit triumphoque omnium
3 clarissimo urbem est invectus. Argenti tulit in aerarium pondo centum viginti tria milia.³ Militibus

¹ navibus *B*: in navibus *A·N·VJ* Aldus, Froben: in naves *K*.

² militum . . . per *om. C*.

³ centum viginti tria milia (or in numerals) *BA·N·VJK* Aldus, Froben, Madvig, Conway: *CXXXIII* milia *C* Luchs, H.J. and M. Müller, Luterbacher.

¹ See p. 334, n. 1.

² He may have landed at Puteoli. The time is probably the autumn of 201 B.C.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



4 ex praeda quadringenos aeris divisit. Morte sub-
tractus spectaculo magis hominum quam trium-
phantis gloriae Syphax est, Tiburi haud ita multo
ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. Con-
specta tamen mors eius fuit, quia publico funere est
5 elatus. Hunc regem in triumpho ductum Polybius,
haudquaquam spernendus auctor, tradit. Secutus
Scipionem triumphantem est pilleo capiti inposito
Q. Terentius Culleo, omnique deinde vita, ut dignum
6 erat, libertatis auctorem coluit. Africani cognomen
militaris prius favor an popularis aura celebraverit
an, sicuti Felicis Sullae Magnique Pompei patrum
memoria, coeptum ab adsentatione familiari sit
7 parum compertum habeo. Primus certe hic im-
perator nomine victae ab se gentis est nobilitatus;
exemplo deinde huius nequaquam victoria pares in-
signes imaginum titulos claraque cognomina famili-
arum ¹ fecerunt.²

¹ familiarum *CA*? *Eds.*: familiae (or -ie) *BA*¹?*N*¹*VJK*
Aldus, Froben.

² fecerunt *C Conway*: -cere *A*¹*JK Aldus, Froben*: lique-
runt *B Alschefski, Weissenborn*: sunt *V*: ceperunt *Madvig,*
Emend., most recent Eds.: asciverunt *Leo, M. Müller*: om.
*A*¹*N*¹.

¹ Alba Fucens; xvii. 2 and note.

² So Val. Max. V. i. 16.

³ And so (from a different source) Val. Max. VI. ii. 3;
Polybius *l.c.* § 6; Tacitus *Ann.* XII. 38; Silius Ital. *l.c.* 629 f.
Officially the triumph was over Hannibal, the Poeni and
Syphax; XXXVIII. xlvi. 10. Here for the very first time

his soldiers he distributed four hundred *asses* apiece B.C. 201 out of the booty. The death of Syphax withdrew him rather from the eyes of spectators than from the glory of the triumphing general. He had died not long before at Tibur, to which he had been transferred from Alba.¹ Nevertheless his death attracted attention because he was given a state funeral.² Polybius, an authority by no means to be despised, relates that this king was led in the triumphal procession.³ Following Scipio as he triumphed was Quintus Terentius Culleo⁴ wearing the liberty cap; and for all the rest of his life, as was fitting, he honoured in Scipio the giver of his freedom. As for the surname Africanus, whether his popularity among the soldiers, or fickle favour of the people first gave it currency I am unable to state, or whether it began with the flattery of his intimates, as did the surname Felix for Sulla and Magnus for Pompey in the time of our fathers. What is certain is that he was the first general to be distinguished by the name of a nation conquered by him. Later, following his example men who were by no means his equals in their victories gained outstanding inscriptions for their masks⁵ and glorious surnames for their families.

Livy mentions Polybius. Cf. XXXIII. x. 10 (*non incertum auctorem*), where a statement of his is preferred.

⁴ Cf. p. 533 and n. 2.

⁵ In wall-cases (*armaria*) usually, each mask provided with its own *titulus*.

LIBRI XXX PERIOCHA

SCIPIO in Africa Carthaginienses et eundem Syphacem Numidiae regem Hasdrubalemque pluribus proeliis vicit adiuvante Masinissa; bina hostium castra expugnavit, in quibus quadraginta milia hominum ferro ignique consumpta sunt. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit. Masinissa Sophonibam, uxorem Syphacis, filiam Hasdrubalis, captam statim adamavit et nuptiis factis uxorem habuit. Castigatus a Scipione venenum ei misit, quo illa hausto decessit. Effectumque multis Scipionis victoriis ut Carthaginienses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem revocarent. Isque anno sexto decimo Italia decedens in Africam traiecit temptavitque per colloquium pacem cum Scipione componere, et cum de condicionibus pacis non convenisset, acie victus est. Pax Carthaginiensibus petentibus data est. Hannibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit; excusata deinde temeritate facti ipse pacem suasit. Masinissae regnum restitutum est. Reversus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pilleatus secutus est. Scipio Africanus incertum militari prius favore an populari aura ita cognominatus sit; primus certe hic imperator victae a se nomine gentis nobilitatus est. Mago bello quo in agro Insubrium cum Romanis confixerat vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus revertitur, ex vulnere mortuus est.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for \$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

APPENDIX

THE ZAMA PROBLEM

THE so-called battle of Zama is unique in that efforts to localize its field have ranged between two points more than eighty miles apart.¹ Today historical and military critics in all their disagreements are convinced that Hannibal was defeated neither in the vicinity of Zama to the east nor in that of Naraggara to the west.

For the former we have only the authority of Cornelius Nepos, who in his brief sketch of Hannibal says the battle was fought at Zama; *Hann.* 6. Annalists whom the biographer presumably consulted must have rested content to mention the first place named in their sources. Polybius, for example, names Zama merely as a town near to which Hannibal placed his camp after removing from the coast at Hadrumetum (Sousse); *XV.* v. 3. He adds that it was five day's journeys from Carthage, an item which Livy repeats without attaching to it any special importance; *XXX.* xxix. 2. Both have other names for a town which to their minds was near the field of the final battle; v. 14 and xxix. 9 respectively (p. 472, n. 1). Appian also mentions Zama only in connection with a cavalry engagement several days beforehand;

¹ Now that the eastern Zama (No. 2 below) is no longer considered, the span of controversy is reduced to about fifty miles.

APPENDIX

Pun. 36. None of these three intimates that Hannibal's camp remained near Zama.

